

26 to contrario : ubi in fortioribus terminis ait, Sacramenta Ecclesie, sicuti est matrimonium, non subdi humanis legibus, & ideo prohibitionem humanam legalem non sufficere ad impediendum matrimonium, nisi interveniat auctoritas Ecclesie, quae idem etiam interdicit : absurdum enim esset, ut priori loco docuisset legem civilem posse statueri inter fideles impedimenta matrimonium dirimentia, cum hoc posteriori loco expressè affirmaverit, ne illa quidem, quae tantum impediunt contrahendum, qualis est adoptio, induci posse per prohibitionem legalem abique Ecclesie auctoritate.

Quae quamvis obiter dicta sint, quia evidentius ostendunt matrimonium nec consuetudine fieri posse irritum, nisi Sedis Apostolicæ auctoritas illud irritum faciat.

Cæterum quod pertinet ad consuetudinem, de qua nunc agitur, providendum erit ab Episcopo, ut illa in futurum aboleatur, & mulier, quae puerum gestare consuevit, vel in actu baptismatis eum de sacro fonte suscipiat, vel à gestatione huiusmodi abstinat, ut Sacra Congregatio censuit.

De Cognatione spirituali.

Cap. Si vir.

S Y M M A R I V M.

- 1 **C**ompaternitas scienter, vel ignoranter inter conjuges superveniens, conjugium non dissolvit.
- 2 Parentibus carnalibus non licet filios proprios de sacro fonte suscipere.
- Et quid in casu necessitatis, & n. 5. & seqq.
- 3 In p. nionum varietate humanior amplectenda est.
- 4 Opinio singularis favens matrimonio, an, & quando contra communem sit tenenda.
- 5 Cognatio spiritualis an contrahatur inter concubinarium, & concubinam, qua situm ex eo susceptum, baptizatum tenuit, & n. seqq. usque in finem.
- 6 Cognatio spiritualis contrahitur à laico baptizante in extremo necessitate articulo.
- 7 Baptizans filium in extrema necessitate ab uxore non est separandus.
- 8 Licet contrahat cum ea cognationem spirituales, & n. 10.
- 9 Cognatio spiritualis, quam contrahit pater baptizans proprium filium ex concubina susceptum, impedit matrimonium contrahendum, & dirimit post contractum.

**S**I VIR. Compaternitas scienter, vel ignoranter inter conjuges superveniens, conjugium non dissolvit. Hoc dicit secundum Joann. Andr. cum quo concordat Burr. Cardin. Ancht. Abb. Alexand. de Naxo, & Præposit. communi. decisio, consultatio, & responsio secunda ibi, Consultationi : & hæc primò recitat Canonum antiquorum contrarietatem. Secundò alteram partem approbat, & rationem reddit ibi, Id. cogue.

2 Nota primò ibi, Filium suum, &c. Parentibus

carnalibus non licere filios proprios de sacro fonte suscipere : alius enim debet esse pater carnalis, & alius spiritualis, ut hic per Abb. in primo notat. & Alex. de Naxo num. 2. sed an hoc procedat in casu necessitatis, anve eo casu spiritualis cognatio contrahatur, dicam infra in 4. quæst.

3 Secundò nota ibi, *illuminatio*. In varietate opinionum amplectendam esse humaniorem, id est, rationabiliorem, & æquioram, ut hic exponit Holtien. num. 1. Joan. Andr. Abb. & Alex. de Naxo omnes num. 3. Si verò utraque opinio sit rationabilis, sequendum est plurimorum iudicium, secundum Holt. qui allegat in simili bonum textum in cap. in Canonico, 1. p. dist. & sequuntur Joan. Andr. & alij præallegati : in foro autem conscientie si utrimque sint opiniones æquæ probabiles, seu rationabiles, ex præcepto eligenda est tutior, ut probavi latissime in cap. Ne innotari, supra de consuet. Sed circa matrimonium Holt. hic n. 2. tradit pro regula certa & sana, ut ubicumque magistri per glossas suas matrimonium solvunt, nec jus expressum inducunt, si inveniatis aliquem contrarium scribentem, ei ad hæreas, arg. cap. Licet ex quadam, in fin. supra de testib. & hanc regulam magni faciunt, & approbant h. c. Jo. Andr. man. 3. vers. Aliter, Abb. & Alex. de Naxo in 2. nat. quod tamen limitat Cardin. hic in fin. & Alex. de Naxo num. 3. dummodo ille, qui tenet contrarium, possit opinionem suam aliquâ probabili ratione adjuvare. Item hoc limitat Abb. ubi supra, nisi communis opinio haberet quasi textum pro se, quia tunc non liceret sequi opinionem singularem pro matrimonio sustinendo.

4 **Q**UÆRO, Titius laicus in extrema necessitate baptizavit filium Annæ, ac deinde habita copulâ cum ipsa Anna, ac prole susceptâ, eadem Anna filium suo susceptum jam moriturum in extrema eadem necessitate domi baptizatum tenuit : An Titius tam in primo, quam in secundo casu cum Anna spiritualem cognationem contraxerit.

Certum est in primo casu eum contraxisse cognationem spiritualem, quippe quæ tam de jure communi, cap. 1. de cognat. spirit. lib. 6. quam ex decreto Concilij Trid. cap. 2. sess. 24. de reform. matr. contrahitur inter baptizantem, & baptizatum, baptizatique patrem, & matrem, ita ut impediatur matrimonium contrahendum, & dirimat contractum. Id enim habet locum etiam in laico baptizante in extremo necessitatis articulo, ut docent Holt. in summa cod. tit. §. Et an aliquis, n. 8. Archid. & Bellam. in c. Omnes, 30. q. 1. Angel. in ver. Matrimonium, 3. impedim. 6. n. 16. Sylvest. matr. 8. q. 7. d. 7. Covarr. in 2. decret. 2. par. cap. 6. §. 4. n. 4.

7 In secundo autem casu quamvis Anna suscipiendo proprium filium de sacro fonte videatur eum illius patre spiritualem cognationem contraxisse ex decreto Concilij superius relato. dubium tamen facit text. in cap. Ad limina, 30. q. 1. ubi deciditur quædam Stephanum, qui proprium filium in extremo vitæ positum baptizavit, non esse propterea separandum ab uxore, & reprehenditur Episcopus, qui illum separandum censuit, quasi proinde contraxerit cum ea cognationem spiritualem, quæ debiti petitionem, aut exactionem prohibeat.

8 Cæterum dicendum est, illum tunc procedere in legitimis conjugibus : cum enim in casu ne-

necessitatis pater ex debito justitiæ teneatur proprium filium baptizare, iniquum esset, ut eam ob causam privaretur jure exigendi debitum à legitima uxore, ut ibidem legitur, atque ita contrahitur quidem etiam eo casu cognatio spiritualis, non tamen talis, quæ ullum aliter impedimentum matrimonio jam ritè contracto : Scilicet hunc sensum intelligendi sunt Jo. Andr. hic nu. 4. in ver. Maltia, Abb. & Alex. de Naxo in primo notat, dum dicunt non oriri aliquod impedimentum, cum pater carnalis instante necessitate proprium filium tenent in Sacramento baptismi, vel confirmationis. At secus est in concubina, quia cum illius commercium sit jure prohibitum, pater suscipiendo proprium filium contrahitalem cognationem cum concubina quæ impedit contrahendum, & dirimit post contractum.

Non etiam hoc casu viget ratio illa, quòd non debeat privari jure petendi debitum propter id, quòd fecit necessitate adactus ; quia revera nullum jus habet ejusmodi debitum à concubina petendi, aut exigendi : & ita aperte tradit Navarr. in Manuali, 16. n. 3. 4. dicens : (Interrogatus Romæ, An qui infantem semelstrum filium suum, quem abortivit amica ejus, baptizavit jamjam moriturum abente clerico, posset ducere in uxorem illam amicam. Respondi, non posse, quia licet necessitas efficiat, ut possit compatere cum uxore sua jam nupta, eadem commatre licite rem habere, ut dicitur in dict. cap. Ad limina, non tamen efficit, ne nascatur compaternitas, quæ ante matrimonium rata illud impediatur & dirimat.) Et in cons. 5. de cognat. spirit. dicit d. cap. Ad limina : tantum excusare patrem baptizantem filium suæ uxoris, nec posse extendi ad patrem baptizantem filium fornicarium suæ concubina, quia non est eadem ratio, cum illo casu agatur de non præjudicando matrimonio jam contracto : in hoc autem de non præjudicando contrahendo, & sequitur Sanchez de matrim. lib. 7. dist. 62. n. 10.

tuendo potest inducere impedimentum non tantum impediens matrimonium contrahendum, sed etiam dirimens post contractum. Sed huic intellectui repugnat textus in cap. Quod super, in fin. vers. Nec autem infra de consanguin. & affinat.

Pro conciliatione horum juris multum torquantur Moderni, qui de matrimonio tractatus ediderunt, videlicet Thom. Sanchez lib. 7. dist. 4. & Basil. Pont. de impedim. matrim. cap. 1. §. 2. Tu verò dicas consuetudinem non esse tantæ potentia, ut possit inducere impedimentum dirimens matrimonium, ut fuisse probavi in c. 1. n. 2. dist. ad n. 26. supra cod. nisi fuerit per Summum Pontificem approbata, & in hoc casu loquitur hoc capitulum, ut ibi dixi num. 8.

2 Porro Sac. Congregatio Concilij aliàs censuit matrimonium non esse nullum etiam de jure communi ex eo, quòd A. contraxerit cum B. cuius filium de sacro fonte levavit, cum puerum non susceperit, nec linteam tetigerit, sed simpliciter candulam tenuerit juxta consuetudinem Regionis ; nam consuetudo non potest inducere impedimentum.

De Cognatione spirituali.

Cap. Veniens.

S Y M M A R I V M.

- 1 **C**ompatere, quia actu baptismi infantem non tetigit, sed Presbyteri eorundem baptizandum, vel baptizatum de manu Presbyteri suscepit, an contrahat cognationem spiritualem, & n. seqq. usque in finem.
- Tactu moralis an sufficiat ad contrahendam cognationem spiritualem, ibidem.
- 2 Patris est sibi sibi baptizati apud Deum, eumque in fide catechizatus.
- 3 Verba, Suscipere de baptismis, vel in baptismis, quid importent : Et quid de verbis levate, tenere, vel tangere.
- 4 Tactus corporalis requiritur ad cognationem spiritualem contrahendam.
- 5 Cognatio spiritualis an possit contrahi per procuratorem, & n. 15.
- 6 Cognationis spiritualis distinctio.
- 7 Tangens linteam, quæ puer est involutus, aut similes puerum tangere, an contrahat cognationem spiritualem.
- 8 Cognatio spiritualis ex Concilio Tridentino requirit tactum, & designationem.
- 9 Cognatio spiritualis inducta est de jure positivo ad usus generationis & natiuitatis naturalis.
- 10 Tactus immediate præcedens, vel subsequens baptismum an sufficiat ad cognationem spiritualem contrahendam.
- 11 Cognatio spiritualis imitatur naturam.
- 12 Quæ in continentibus sunt videntur inesse.
- 13 Puerum presentans Presbytero baptizandum an contrahat cognationem spiritualem.
- 14 Cognatio spiritualis inter fidelem & paganum non potest contrahi.
- Sed bene cum Christiano mox futuro, n. 20.
- 15 Juramentum non potest præstari per relationem ad scripturam juratam, nisi fiat in continentibus.
- In materia, & forma Sacramenti sufficit mora-

De Cognatione spirituali.

Cap. Super eo.

S Y M M A R I V M.

- 1 **C**ompatrum duorum filij, per quorum neutrum deventum est ad compaternitatem licet invicem matrimonium contrahant, nisi obset loci consuetudo.
- 2 Cognationem spirituales non contrahit qui baptizatum non tetigit, sed candulam tenuit juxta consuetudinem loci.

**S**UPER EO. Filij duorum compatrum, per quorum neutrum deventum est ad compaternitatem, licet invicem contrahant matrimonium : sitamen subest consuetudo impediens, & dirimens talia matrimonia, seu vanda est loci consuetudo. Hoc intendit, secundum intellectum, quem Abbas dicit esse magis commune.

Nota ibi, Consuetudo habeat inter ipsas non sustineri conjugium : ex consuetudine posse induci, ut habiles ad matrimonium contrahendum reddantur inhabiles : & ita secundum hunc intellectum con-

- 16. *huic conuictio, ibidem.*
- 17. *Præsentans puerum baptizandum censetur in ipso actu et esse.*
- 18. *Tenens puerum ad essendum in dicitur, & catechismus non autem baptizans, cognationem non contrahit.*
- 19. *Parinus est non excolet plenè pueritate baptizatum; tamen contrahit cognationem spiritualem.*
- 20. *Catechismus parit impedimentum impediens contrahendum, sed non dirimens contractum.*
- 21. *Consuetudine induci non potest impedimentum cognationem spiritualem dirimens contractum; sed tantum impediens contrahendum, & cur.*
- 22. *Consuetudo factus admittitur ad interpretandum, quàm ad inducendum.*

**V**ENIENS. Hoc dicit breuiter secundum Abbatem Antiquum, & Hostiens. Separatur matrimonium cum comatre contractum: vel secundum Jo. Andr. Butr. Card. Anchar. & Præpositi pater baptizati postea contrahit matrimonium cum levante, separari debent: vel plenius secundum Abbat. Siculum, & Alexan. de Nervo, inter patrem baptizati, & levantem, seu tenentem baptizatum contrahitur cognatio spiritualis valida ad impediendum, & dirimendum matrimonium postea contractum. Non dividitur.

Nota inter levantem de sacro fonte, & patrem levati matrimonium non posse consistere, concordat decretum Concilij Trid. in cap. 2. sess. 24. de reform. matrim.

**Q**UÆRO. An compar designatus, qui in baptismo infantis alterum præstitit, id est, vel illum sacerdoti portexit, ut in sacrum fontem immergeret, vel educum, & baptizatum protinus de manu sacerdotis suscipit, tamen in actu baptismi non tetigerit, cognationem spiritualem contraheret, quæ matrimonium contrahendum impedit, & dirimat contractum, præsertim si ita se habeat religionis veritissima consuetudo.

Pro solutione non est consurgendum ad illam opinionem, quæ inter quosdam Recentiores emerit, videlicet tactum morale sufficere ad contrahendam cognationem spiritualem. Quod si verum esset, frustra laboramus in inquirendo, an actus intercesserit ante, vel post baptismum, cum nullo tempore esset necessarium. Sanè hæc opinio ab initio hujus sacre ceremonie potuit habere aliquam rationem. Primum ex natura rei, quæ est, ut patrinus sit fidei iussor baptizati apud Deum, cumque in Fide erudiat, & catechet, cap. Vos ante de consecrat. dist. 4. Abt. hic num. 4. vers. Nam iura. Ad quod tactus non est necessarius, & ita illum natura rei non postulat. Secundo, quia verba illa, suscipere filium in baptismo, vel de baptismo, quæ habentur in cap. Non plures, cap. in baptizate; & innumeris ferè alijs in dist. tit. de consecrat. dist. 4. & 30. quæst. 1. & hoc tit. de cognat. spirituale. id significat, ut patrinus in baptismo, vel de fonte baptismi natus sit filius per hanc regenerationem secundum Deum, sicut pater naturalis dicitur suscipere filium, qui libi nascitur per generationem secundum naturam. Et propterea hæc verba non habent significationem physici tactus. Alia autem verba, videlicet, levare filium a fonte, quæ habentur in cap. Noffa 30.

quæst. 1. & alijs quibusdam in locis sunt synonyma verbi suscipere, idemque significant. Verbum autem tenere, vel tangere (apud inculcatum videmus cum agitur de cognatione spirituali, quæ provenit ex confirmatione, ut in cap. si quis filium, c. De his, q. 1. cum alijs similibus nunquam tamen his verbis usos legimus sacros Canones quoad cognationem spiritualem, quæ oritur ex baptismo. Tertiò, quia Canones facientes mentionem de tactu corporis, non videntur talem tactum requirere, sed potius ita narrare, quia ita casualiter, & de facto contigerat, ut perpendit hic Card. qui propterea sentit ex eis elici non posse ut actus requiratur.

**4** Verum tamen res ab initio potest esse disputabilis, hodie de ea non est ullo pacto dubitandum, cum usque adeo invaluerit opinio contraria, ut tactus corporeus, & physicus sit substantialis ad cognationem hujusmodi inducendam, ut & Theologi, & Canonistæ, & Summiltæ eam passim & admittunt, & sequuntur. Theologi in 4. sentent. ubi Sor. dist. 4. q. unic. art. 5. Suarez in 3. par. D. Thom. q. 67. artic. 7. pag. 243 in fin. post Petr. de Palud. à Summiltis citatum. Canonistæ hic, & in cap. Quamvis, ubi Archid. Gemini & Franc. hoc tit. lib. 6. Joan. Andr. in reg. potest quis per alium, de reg. jur. in 6. Joan. Raym. Allen. omnes relatos sequitur Henric. Boich. in hoc cap. prope fin. Covarr. in 4. lib. Decret. in 2. par. cap. 6. n. 5. Navarr. hoc tit. de cognat. spirit. conf. 6. n. 4. & 5. Hostiens. in summ. tit. de cognat. spirit. vers. Qualiter contrahatur, in principio, S. Anton. tom. 3. tit. 1. cap. 15. vers. sed diligenter. Angel. post Rodonensem in verb. Matrimonium, vers. Impedimentum spirituum, n. 1. 12. & 13. Sylv. Matrimonium in 7. q. num. 7. vers. Qui levando. Quibus adungi possunt omnes Doctores, qui patrem secundum communem non posse hanc cognationem contrahi per procuratorem: nam hi omnes eâ ratione utuntur, quod cum tactus corporeus requiratur, per alium explicari non potest, ut per Doctores in l. Gallus & Forjan, ubi Iafinum. 1. 3. de lib. & posth. & hoc principali fundamentum movetur Jo. Andr. in cap. 1. potest quis per alium, de regul. jur. in 6. post Archid. in cap. 1. hoc tit. lib. 6. ut per Abb. hic num. 4. & Covarr. qui alios adducit, & esse magis communem opinionem testatur in d. c. 6. nam.

**6** Eiusdem sententia sunt omnes etiam Doctores definitives cognationem spiritualem, qui in locis citatis definiunt eam esse personarum proximitatem provenientem ex Sacramentatione, vel ad id detentionem.

**7** Quod si tactus corporeus non requireretur, frustra à DD. excitarentur questiones, an sufficiat tangere lientem, quo puer fuerit involutus, & an cognatio contrahatur: si quis simulet se tangere, & non tangat, de quibus per DD. in d. c. 1. hoc tit. lib. 6. & per Summiltas in locis supradictis.

**8** Ceterum si hæc necessitas tactus ad cognationem spiritualem inducendam non probaretur ex DD. & Canonibus antiquis, satis probatur ex iure novissimo Tridentini Concilij, dum in c. 2. sess. 24. de reform. matrim. disponit, ut si alij ultra designatos baptizatum tetigerint non contrahant cognationem: & sic requirit apertè tactum, & deligationem ut sola assilientia non sufficiat. Hinc Sacra Congregatio ab Episcopo Cremonensi olim consultata rectè respondit: ex duobus patrinis designatis, quotum alter tetigerat infantem; alter verò

verò abstulerat, sed non tetigerat, solum enim qui tetigerat, & non alterum contraxit cognationem spiritualem.

Atque ita cessant omnia supra adducta pro alia opinione, cum ea non procedant post Concilium Tridentinum, quo sublata est omnis difficultas.

**9** Præterea potest etiam responderi quamvis rei natura tactum non postulet, neque Canones apertè requirant; satis tamen esse, ut ita senserint ferè omnes interpretes. Nam cum hæc cognatio sit inducenda de iure positivo ob congruitatem, c. De eo, 30. q. 1. ubi Turrecrem. num. 10. Covarr. in 4. decret. cap. 6. §. 4. in princ. In articulis à Canone non distinctis est intelligenda quoad sui substantiam eodem modo, quo iuris positivi Interpretes inter se conveniant, cap. 8. libi. Traditionem accepimus Hebræorum non lege præceptam, sed arbitrio Magistrorum inlicitam, ubi id noc. Butr. & Abb. supra de Decim. cap. Sicut non nulli, in ver. Tanorum Rurum, 16. q. 1. cum concord. de quibus per Felin. in cap. 1. n. 54. in nota fallen. d. Confit. Præsertim cum non delinet extus, qui non narrat casualiter susceptionem, sed in ea vim faciunt, & in ipso cap. Omnes, 30. q. 1. & cap. fin. hoc tit. lib. 6.

**10** Cùm igitur dubium propositum non possit dissolvi ex eo capite quod tactus physicus, non sit de substantia hujus cognationis: in præsentia dispiciendum est, an tactus deliquit compatis ex eo quod immediate præcessit, aut est subsiectus baptismi, eo modo quo explicatur in dubio, sufficiat ad d. cognationem inducendam.

Et quidem non sufficere, intèra scripta videntur suadere.

**11** Primum quia hæc cognatio imitatur naturam, Abb. in cap. Debitum, n. 3. de Baptismo: nam ut inquit D. Thomas in 4. dist. 42. quæst. 1. artic. 3. Sicut per carnalem generationem homo accipit esse naturale; ita per Sacramenta Baptismi, & Confirmationis recipit esse spirituale per modum cuiusdam spiritualis regenerationis, ac nativitas. Sicut enim in puero est duplex nativitas naturalis; prior in utero, quando in illo adhuc debilis formatur; posterior quando jam roboratus ad sustinenda aliqua vitæ adversa ex utero in lucem editur: sic est in homine duplex nativitas spiritualis altera in Baptismo, per quam regeneratur tener, & quali intrâ Ecclesiæ uterum fovendus; altera verò in Confirmatione; per quam fortis effectus in lucem prodit, ut periculis exponatur. Etenim his Sacramentis ministrans est, quasi pater generans; & susceptor, sive patrinus est quasi mater, quæ nomine Ecclesiæ in suo gremio baptizatum, & confirmatum suscipit. Hæc D. Thomas. At secundum naturam non potest quis effici pater nisi adhibeatur tempore generationis. Ergo nec poterit effici pater spiritualis, nisi interveniat in actu baptismi.

Secundo, textus loquentes de hac cognatione, qui habentur de cons. dist. 4. & 3. q. 1. cum alijs iur. practicis utuntur verbis suscipere, aut levare de sacro fonte. At qui tradit puerum Sacerdoti baptizandum, vel postea illum suscipit de manu Sacerdotis, neutrum facit; quia de fonte non suscipit, nec lavat, sed tradit Sacerdoti; vel ab eo accipit. Ergo cum non satisfit verbis sacrorum Canonum, hujusmodi cognatio non inducitur.

Tertiò, Doctores loquentes de hac cognatione, requirentesque tactum, requirunt illum in a-  
Prosp. Fagn. in 4. lib. Decret.

ctu Baptismi, dum aiunt oportere, ut tangatur puer dum baptizatur, vel suscipiatur de fonte, Angel. Sylvest. Covarr. & alij supradicti.

Quarto, hoc impedimentum surgens ex Constitutione Ecclesiæ est restringendum, non autem dilandum. Host. in summ. loc. cit. de cognat. spir. 3. Quibus mod. contrah. vers. Sententia.

His tamen non obstantibus verior, & tutior videtur esse opinio, ut sufficiat præsentare baptizandum Sacerdoti eo fine, ut puerum immergat; vel postea de ejus manu itatim suscipere.

Hanc secundam partem, videlicet sufficere statim post tenet expressè Hugo in cap. fin. 3. quæst. 1. ubi ait sufficere, ut patrinus tangat, dum est in fonte, vel statim post suscipiendum à Presbytero. Hugonem sequuntur Archid. ibid. Turrecrem. & Beilamer, num. 4. S. Anton. in summ. tom. 3. tit. 1. cap. 15. vers. Sed diligenter. Covarr. cap. 6. num. 5. in 2. p. 4. lib. Decretal. Tot in 4. sent. dist. 42. quæst. 1. art. 1. vers. Ex his prudentiss. Ratio est quam reddit Hugo à cæteris approbatus; quia que inveniunt videntur inesse, l. Lacta, ff. de cert. petat. cum concord. de quibus ibi per glof. in ver. Stipulationi in fin.

Accedit quòd actus recipiens continuationem, & certo tempore perdurans unicus actus censetur à principio usque ad finem, gloss. in l. tum qui, §. in popularibus ff. de iure Quapropter Patrinus, sive anadotus puerum de lavacro eductum confestim de manu Sacerdotis suscipiens perinde habetur ac si in iplo baptismi actu teneret. Atque hic usus ut patrinus puerum dum immergitur non tangat, optima ratione inolevit; quia cum quis baptizatur per aspersionem, patrinus in actu Baptismi tenet infantem, cum, tunc Sacerdos aspersioni incumbens non teneat: At quando quis baptizatur per immersionem, Sacerdos ipse, qui hujus Sacramenti est minister, vicisque Dei in illo actu gerit. D. Thom. in 4. sent. dist. 42. part. 1. art. 3. tenet infantem immergendo. Ideoque introductum est, ut patrinus tunc non tangat, nec teneat, sed post suscipiat de manu Sacerdotis, ut declarat S. Anton. in l. tom. 3. tit. 1. cap. 15. vers. Sed diligenter.

Ex his constat tum auctoritatibus, tum rationibus probari patrinum delinatum itatim suscipiendum puerum de manu Sacerdotis, qui illum baptizaverat, contrahere cognationem.

**12** Sed an eadem cognatio contrahatur ab eo, qui puerum ante Baptismum immediate præsentat Sacerdoti baptizandum; magis dubitari potest, cum unicus auctor succurrat, qui id expressè tradit, nempe Mart. Ledes. in 2. q. 1. §. 8. art. 8. Cujus verba sunt hæc: (Illud autem quod diximus quod tangentes puerum in baptismo ea intentione ut sint compares, contrahunt cognationem spirituales, intelligitur si tangant præsentantem ad Baptismum, aut levantem à Baptismo.)

Huic opponitur Soc. in 4. sent. dist. 4. q. unica, art. 5. ubi ait, Eum qui catechumenum super fontem ad Baptismum teneret, nisi postea baptizatum susciperet, aut eum dum aspergeretur teneret, non contrahere affinitatem, quia non esset susceptor.

**13** Et quod præsentans hoc pacto ad baptismum cognationem non contrahat præter rationes superius adductas, assertur etiam hæc ratio, quod inter fidelem, & paganum, qui non est incorporatus Ecclesiæ, nec filius illius ante Baptismum, non

potest contrahi cognatio spiritualis, ut per Archid. Jo. Andri. & alios in cap. 1. hoc tit. lib. 6.

Verum probabilis videtur cognationem spirituales contrahi etiam per hanc presentationem iuxta opinionem Marci Edelesina.

Nam ratio adducta per Hugonem, quem alii sequuntur in illa opinione quod sufficiat tangere immediate post, quia quae incontinenti fiunt, videntur inesse, & alia supra perpensa militat etiam in eo, qui immediate praesentat ante. Ac proinde etiam auctoritates supra cit. cum Hugone sentientes etiam ad hunc articulum definiendam multum ponderis habere debent ob rationis identitatem. Nam in his, quae in continenti fiunt, & in actu unico, & continuo, non datur neque prius, neque posterius. Sic videmus in iuramento, quod est pro forma requirit tactum adeo, ut eundem non possit per relationem ad scripturam iuramentum, ut est text. in cap. pen. de iur. iur. Tamen valet, si haec relatio fiat in continenti, quia tactus immediate praecedens, censetur in esse actu incontinenti subsecuto, not. Petr. de Anchar. in d. cap. penult. per regulam 1. Ledra, §. Dicebat, ff. de ver. pretat. Et propterea ad rem nostram etiam in materia, & forma Sacramenti sufficere conjunctionem morale docent Ricard. de Mediavill. in 4. dist. 3. art. 4. q. 2. Ledesin. in 4. p. per. q. 7. art. 8. dub. 5. Domin. Sor. in 4. dist. 3. q. un. art. 3. §. Quando autem forma Et plurimi recentiores.

Quod si dicatur susceptioni, quae fit post Baptismum magis congruere verba sacrorum Canonum, qui utuntur verbis levare, & suscipere de sacro fonte, quam presentationi, quae fit antea, cum praesentans ad baptismum nullo modo possit dici de fonte levare, vel suscipere, quae videtur fuisse ratio Soti. Respondetur hanc difficultatem, re bene intellecta, cessare. Nam est facti Canones utantur verbis suscipere, & levare; tamen sufficit etiam tactus absque susceptione, ut communiter Doctores tenent. Et sic sufficit, vel tangere, vel suscipere. Utrumque autem praestari debet, dum puer est in fonte, si rigorem verborum attendamus. Nam qui puerum suscipit de manu Sacerdotis, non satis facit verbis Canonum requirentibus, ut de fonte, & non de manu Sacerdotis suscipiat. Et ideo Hugo benigniori interpretatione censuit per eum, qui post suscipit de manu Sacerdotis satisfieri non secundum rigorem, sed quia quae incontinenti fiunt videntur inesse. Atque haec interpretatio optime congruit etiam praesentanti puerum Sacerdoti immediate baptizandum: is enim licet non tangat in baptismo; tamen quia tangit paulo ante, & immediate, videtur per eandem regulam in ipso actu tetigisse. Et sane cum in baptismo per immersionem patrinus in actu non tangat, duobus modis aptissime tangere debet, vel ante praesentando, vel post suscipiendo, & iater utrumque actum solida ratio diveritatis asseri non potest.

Soti auctoritas obesse non debet, quominus hanc opinionem vera ratione & Ledesini, qui eius praceptor fuit, auctoritate nunitam, sequamur; praesertim cum non satis constet Sotum ita sensisse; si quidem in loquimur de tenente catechumenum super fonte ante baptismum, videtur posse intelligi de tenente ad unctiones, & catechimos, quemadmodum alio in loco ipse loquitur, videlicet in 4. sent. dist. 24. q. 1. art. 1. v. f. Ex his. Qui casus nihil habet commune cum nostro, in quo non agimus de tenente ante baptismum ad unctionem, vel alia, quae procedunt, sed de eo, qui accipit puerum, & praesentat immediate ad effectum baptismi tantum.

Ad rationes supra in oppositum adductas breviter respondetur. Ad primam, quae dictum est hanc cognationem debere imitari naturam, respondetur hoc argumentum non habere locum, nisi in casibus a iure expressis, cum in multis sit illi dissimilis; & satis imitatur si paulo ante, vel post interveniat. Cum non sit necessaria omnimoda similitudo, uti alias

18 S. Congregatio consideravit, dum respondit eum, qui plena pueritate baptizatum non praecedit, si ut patrinus eum tetigerit, contrahere cognationem, quamvis secundum naturam illum generare non potuisset. Sic etiam videmus quamvis paternitas naturalis per alium induci nequeat; tamen hanc spirituales posse contrahi etiam per procuratorem; iam enim S. Congregatio Concilii probavit opinionem affirmativam tamquam veniorem; censuitque iuxta Federicum de Senis cons. 1. §. & Cardin. hic n. 3. & 4. Eum, qui nomine alterius levat infantem de sacro fonte non contrahere sibi cognationem spirituales, sed mandanti.

Ad secundum, & tertium, quibus dictum est verba textus requirere susceptionem in actu, & ita expressè loqui DD. Respondetur in actu ipso iuris interpretatione factum censeri, quod in continenti post, vel ante gestum fuit ex Hugone iur. practi.

Ad quartum, ubi dicitur hoc impedimentum non esse ampliandum, respondetur non ampliari, sed declarari in casu, in quo de iure subest secundum rectam interpretationem. Ad eam rationem specialem, quod inter paganos, & fideles spiritualis cognatio non possit contrahi, respondetur non procedere hoc casu, in quo puer nondum baptizatus accingitur ad baptismum, cum quo non aliter contracta erit cognatio, quam si baptismum legatur, a quo ita haec ratio non obstante in Catechismo, qui baptismum praecedit, cognatio contrahitur, quamvis impediens non dirimens, cap. 2. de cognat. spirit. in 6. Holt. in summ. hoc tit. vers. Qualiter contrahitur; Itaque non contrahitur cognatio cum pagano, sed cum Christiano mortuo.

20 Quod si haec opinio aliquam haberet difficultatem, & omnis tollitur per consuetudinem regionis. Quia in re illud est animae verendum; nam si coularet in dictis duobus casibus non contrahi cognationem spirituales, nec etiam per consuetudinem induci posset ut contraheretur talis cognatio impediens, & dirimens, sed impediens tantum. Cum enim solius summi Pontificis, & universalis Ecclesiae sit inducere impedimentum dirimens, atque inhabilitare ad matrimonium contrahendum, D. Thom. in 4. dist. 22. q. 1. art. 2. Palud. in 4. dist. 34. q. 1. Sor. in 4. dist. 40. art. 5. col. 4. vers. Interrogationis, Holtien. Abb. & Praepos. Quae communi testatur in cap. ad dissolvendum, de dispens. impub. & alibi saepe DD. sequitur ut si curus Provincia non potest legem ferre quae impedimentum dirimens inducatur, ita nec consuetudinem introducere, quae id reboris habeat, propter potestatis defectum. Et ratio rationis est, quia cum matrimonium sit de iure Divino, cum sit

DE COGNATIONE SPIRITVALLI

Cap. Ex litteris.

S V M M A R I V M.

- 1 Cognatio spiritualis de iure communi oritur inter baptizatum, & filium baptizanti impediens, & dirimens matrimonium inter eos contrahendum.
- 2 Cognatio spiritualis olim triplex, paternitas, compaternitas, & fraternitas, sed hac ultima sublata est a Concilio Tridentino.
- 3 Baptizatus, & de sacro fonte susceptus efficitur filius spiritualis baptizantis, & suscipientis, & numer. 13.
- 4 Baptizatum de iure communi prohibentur plures de sacro fonte suscipere, sed ex Concilio Tridentino unus tantum, & una ad summum suscipere debent.
- 5 Si tamen plures designati suscepturi & tetigerint, nec appareat quis prior sit discretus, contrahunt omnes cognationem spirituales.
- 6 Dispensatio ad sit concedenda contrahendi matrimonium eum ea, quam quis in Sacramento confirmationis tenuit, ob dotis accessionem, & ad tollenda ires, & num. seq. usq. in fin.
- 7 Cognationis spiritualis impedimentum est iuris maiori Ecclesiastici.
- 8 Et an dotis accessio sit causa sufficiens dispensandi, & num. 17.
- 9 Viris vitanda causa an sit dispensandum, & n. 18.
- 10 Dispensatio in secundo gradu non concedenda, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam.
- 11 Et an hoc procedat in cognatione spirituali.
- 12 Magnis vitanda eorum conjugia, qui nobis per spirituales, quam per carnalem cognationem attrinunt.
- 13 Cognatio spiritualis maior est, & dissolubilis spiritus, quam carnalis.
- 14 Dispensare an soleat Ecclesia in primo gradu cognationis spiritualis, & n. seq.
- 15 Cognationem spirituales contraxit puella novem annorum, quae infantem levavit de sacro fonte, & cum ea Gregorius XIII. noluit dispensare.
- 17 Dotis accessio an, & quando ex stylo Curiae sit iusta causa dispensandi in gradibus prohibitis.

fit irritum auctoritate Pontificia Constitutionis censetur irritum fieri a Deo, cuius vices Papa gerit in terris; at si dirimi posset virtute consuetudinis; hoc non proveniret a Deo, sed ab humana potestate; Quam rationem reddunt DD. in c. super ea, supra eod. Ideo non mirum si DD. communiter non tribuant consuetudini talem potestatem, nisi habeat concursum iuris veteris, vel sit approbata per Papam gloss. Bern. in cap. 1. supra eod. Holtien. in summ. hoc tit. §. Quis sit effectus, vers. Ideo dicit: Hugo, & Goffred. relati ab Henric. Boich. in cap. super ea, supra eod. circa med. ubi etiam Innoc. Joan. Andr. & Ant. de Butr. eandem opinionem sequuntur, Felin. in cap. 1. num. 2. de sponsal. Angel. in ver. Matrimonium. in 17. imped. nu. 1. Summ. Tabien. in ver. Impedimentum, 1. in communi, n. 4. Sylvest. in ver. Matrimonium, 1. n. 3. ubi ait Altissimi testari Holtiensis opinionem frequentius esse receptam, subditque eam esse clavem ad huiusmodi quaestiones decidendas. Et quamvis Henric. Boich. & Abb. in d. cap. super ea, n. 6. videantur contrarium sentisse, non est a praedicta opinione discedendum, quae communis est, & ratione validissima nititur: praesertim cum nullum textum habeamus, qui opinioni Abbaris, & Henrici adhipleretur, nam text. cap. 1. & cap. super ea, aperte agunt de consuetudine iuris veteris concursum habente, & de ea loquuntur gloss. Bern. in d. cap. super eod. eum et tribuit utrumque effectum impediendi, & dirimendi, licet Henric. Boich. in consilio recentet eius auctoritatem in consuetudine non habente talem concursum.

Itaque dum dicimus ex consuetudine tolli difficultatem, non hoc agitur ut consuetudini adscribatur haec potestas impediendi, & dirimendi in casu, in quo si liquido constaret cognationem non esse contractam, sed tantum si casus sit de iure dubitabilis, eos recipere interpretationem a consuetudine enim est novum, ut facilius admittatur consuetudo ad interpretandum quam ad inducendum Bellon. cons. 1. v. f. scriptura, n. 3. vers. Et habet Decia, cons. 156. prope fin. lib. 3. & post alios Cravett. cons. 201. n. 11. & 12. lib. 1. Per. dec. 283. lib. 1. & propterea Holtien. Qui sentit ut supra dictum est, consuetudinem non posse inducere impedimentum impediens, & dirimens: tamen in illa quaestione an ex catechismo oriatur impedimentum impediens tantum, an etiam dirimens, quae tunc non erat distincta, ut fuit postea ex cap. 2. hoc tit. in 6. Sentit esse attendendam consuetudinem diversorum locorum, & secundum eam iudicandum, ut expresse tradit in sum. hoc tit. §. Qualiter contrahatur, in fin. Et ita consuetudini interpretativae tribuit vim impediendi, & dirimendi, quam non concedit consuetudini inducivae. Articulum an consuetudo vim habeat inducendi impedimentum dirimens, plenius examinavi in cap. 1. supra eod.

22

Prosp. Fagnan. in 4. lib. Decretal.

EX LITTERIS. Inter baptizatum, & filium baptizantis oritur cognatio spiritualis impediens, & dirimens matrimonium inter eos contrahendum. Hoc dicit secundum omnes. Sed ista fraternitas spiritualis hodie sublata est ex Concilio Tridentino cap. 2. sess. 24. de reformat. matrim. quo cognatio spiritualis restricta est ad levantes de sacro fonte, & baptizatum ipsum, & illum patrem, & matrem, nec non ad baptizantem, & baptizatum, baptizantemque patrem, ac matrem. Et idem in Confirmatione. Unde cum olim triplex esset cognatio spiritualis, videlicet paternitas, compaternitas, & fraternitas, ut per D. Thom. in 4. sent. dist. 22. q. 1. art. 3. & per Abbatem supra in Rubrica ad finem: Sublata hodie fraternitate per Concilium

Tridentinum non remanent nisi paternitas, & compaternitas: quod & Navarr advertit in manuali cap. 22. num. 36. vers. Quartum impedimentum, & enam. 37.

3 In glossa unica nota baptizatum, vel de sacro fonte susceperit effici filium spiritualem baptizantis, vel suscipiant. Jura sunt in glossa.

4 In eadem glossa, ibi, Quod plures simul, nota prohibitum esse, ut plures simul infantem de sacro fonte suscipiant, ut cap. Non plures, 4. dist. sed ex Concilio Tridentino in d. cap. 2. statutum est, ut unus tantum, sive vir, sive mulier, juxta sacrorum canonum instituta, vel ad summum unus, & una baptizatum de baptismo suscipiant.

5 Verum cum negligentia Parochi factum esset, ut tres designarentur, & in libro scriberentur, de sacro baptismi fonte feminam suscepturam, nempe Titius, Titia, & Sempronius, qui omnes levarunt baptizatum, & tetigerunt: fuit dubitatum an omnes cognationem spirituales contraxissent cum baptizata: an vero tantum duo, qui priores sunt designati. S. Congregatio censuit omnes contrahere si non appareat qui primi sunt designati, per cap. final. de cognat. spiritual. & licet unus tantum, & una suscipere debeant; tamen si omnes susceperint, omnes contrahere, ita glossa ibi, quae dicit, quod non peccant, & ita ibi Philippus post alios; & licet Concilium prohibeat plures, quam duos, & c. tamen non annullat actum.

6 Ex facto QUÆSTIUM est, An sit concedenda dispensatio contrahendi matrimonium cum ea, quam quis in Sacramento confirmationis tenuit ob dotis accessionem, quam mulier à tertio consecratur est; & ad tollendas lites, quae occasione majoritatis inter virum, & mulierem possunt inextricabiles exoriri.

7 Pro dispensatione adducitur, hujusmodi impedimentum esse juris merè ecclesiastici, S. Thom. in 4. sent. dist. 42. quest. 1. art. 1. in corpor. Sot. ibidem. Covarr. in 4. decretal. part. 2. cap. 6. §. 4. in princ. Navarr. in manual. cap. 22. n. 36. vers. Quartum, licet in oppositum videatur tex. in cap. Prædictum, 30. qu. 3. In his autem, quae sunt juris Ecclesiastici aperte constat Sedem Apostolicam posse dispensare, cap. Quanta per mundum 1. q. 3. & in specie habetur ex Rebuff. de dispens. grad. gloss. 5. n. 52. & Navarr. d. cap. 22. n. 84. juncto n. 36. &clare deducitur ex Concilio Tridentino sess. 24. de reform. matrim. c. 2. quo hæc impedimenta ex prohibitione canonica provenientia restringuntur ad paternitatem, & compaternitatem, ut dictum est supra n. 2.

8 Causæ autem, quæ dispensationi hoc casu suffragantur, sufficientes videntur. Primum scilicet utilitas puellæ, cui, si id matrimonium sequetur, dos in mille aureis augetur: quæ causa videtur sufficiens ex stylo Curie, secundum quem dispensationes in 1. & 4. ea causa narrata obtineri consueverunt: stylo autem Curie facit jus, cap. Quam gravi de crim. fals. Abb. in cap. Ex literis, num. 6. de consuet. Secundò, ut evitentur lites, quæ possent oriri ex majoritatu, ad quem tam vir, quam mulier post mortem cujusdam nunc viveatis jus habere pretendunt: causa autem vitanda lites inducere solet: Pontificem ad concedendam dispensationem, cap. 2. ubi gloss. ult. & DD. de dispensat. impub.

9 Hæc tamen non obstantibus, satis esse videtur dispensationem petitam denegare; illius enim

concessio non parvo esset futura scandalo illis, qui videntur à patre filiam spiritualem in uxorem duci; indeque hæretici occasionem arripent detrahendi Ecclesie institutis, cap. Magna devoto, gloss. in cap. Requisitis, §. Nisi rigor in ver. Plerisque, 1. q. 7. cap. Et si illa, ead. q. 7.

10 Accedit ad hoc prohibitio Trid. Concilii sess. 24. de reform. matrim. cap. 5. in fin. ubi postquam Sancta Synodus universaliter transit in contrahendis matrimoniis vel nullam, vel raro dandam dispensationem: agendo de secundo gradu statuit, ut in eo dispensatio non concedatur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam: & ita satis manifestè inlunat in primo gradu, ut est noster casus, nunquam concedendam esse dispensationem. Nec obstat si dicatur illud decretum intelligendum esse de gradibus affinitatis, & consanguinitatis, non autem de cognatione spirituali. Imo enim cum superioribus spiritualis, & prohibitio d. cap. 5. ad fin. vers. In contrahendis, sic generalibus verbis absque distinctione concepta, debet utique generaliter ad omnia superiora referri, cap. Solita, & ibi glossa in ver. Non distinguimus, de major. & obedi. Præterea quatenus loquitur de gradibus affinitatis, & consanguinitatis tantum; æquè tamen observandum est in gradibus cognationis spiritualis, cum Canones, & Sancti Patres cap. 1. 2. & 3. 30. quest. 3. definiverint magis abstinendum esse a conjugio illorum, qui nobis per spiritualem, quam eorum, qui per carnalem cognationem attingunt; talesque quos de sacro fonte levamus, aut in Sacramento Confirmationis tenemus, per Constitutiones Ecclesiasticas verè nostros filios effici, d. cap. 2. & 3. & cap. Omnes quos 30. q. 1. Quid eo magis dicendum est, cum tractemus de retinenda dispositione juris communis contra dispensationem, quæ illud vulnere, odiosa reputatur, cap. 1. de fil. presby. lib. 6. Imo cognatio spiritualis major est, gloss. 1. in fin. in cap. Qui dormierit, 27. quest. 2. & difficilis dissolvitur, quam carnalis, cap. Inter corporalia, ubi Butr. n. 22. de translat. Episc. Si igitur rigor non dispensandi observatur in carnali cognatione, quis negabit eundem multò magis observandum esse in spirituali? cap. Ex parte, si terzo de decimis.

11 Et præterea Mandos. de signat. tit. de dispens. matrim. vers. Cognatio spiritualis, cum seqq. ait Ecclesiam non solere in primo cognationis spiritualis gradu dispensare. Imo Summi Pontifices denegarunt dispensationem etiam his, qui ignorant impedimentum, bona fide matrimonium contraxerunt.

12 Et in specie Sacra Congregatio Concilii olim consultata, An puella novem annorum levans de sacro fonte infantem, contrahat cum eo cognationem spirituales; & si immemor hujus cognationis spiritualis secum contrahat matrimonium, an sit concedenda dispensatio: Respondit contrariam quidem esse cognationem spirituales non obstante ætate; tum quia nullus Canonarium Concilium, nullus Doctor in terminis decidit contrarium: tum quia sicut ætas levati non impedit, quia levans major 14. anni contrahat hanc cognationem cum levato, quamvis annulo, vel paucorum mentium, aut dierum: ita nec impedit quando levans esset minor quatuordecim: tum quia licet minor quatuordecim, potuit tamen in-

13 struere minorem: tum quia reperiuntur Canones tantum, qui repellunt non baptizatum, Abbatem & Monachos, nec alii repelluntur. Ergo etiam infantes, & impotentes admitti censentur. Cæterum quod pertinet ad dispensationem, est Sac. Congregatio existimaverit eam esse concedendam, tamen relata ad Gregorium XIII. sententia, Sanctitas Sua approbavit quidem contrariam esse cognationem spirituales, sed tamen noluit dispensare. Et quamvis nonnunquam post tempora Gregorii dispensatum fuisse ob dotis incompetenciam cum illius sufficienti augmento; non tamen est judicandum exemplis, nec quod aliquando factum est, sed quod fieri debet, est spectandum, sed licet, §. de offic. prefat.

14 Dux causæ, quæ pro dispensatione allegantur, leviores sunt quidem, quam rei gravitas postulat. Prima enim de augmento dotis nullibi in jure legitur approbata, & non deerunt fortè qui eam indignam putent, quæ Pontificem movere possit ad concedendam dispensationem, videlicet ut puella nobilis aureos mille lucretur; nec stylos Curie huic casui accommodari potest; in enim stylos observatur cum eis tantum puellis, quæ prænimia paupertate cum dote, quam habent, honestè nubere non possunt: tunc enim augmentum dotis reducitur ad opus pium; & propterea præbet legitimam causam dispensandi, Gratian. post cap. Tanta nequitiæ, & ibi gloss. communis, & cap. seq. 1. q. 7. quæ pietatis causa cessat in casu nostro, in quo non proponitur puellam esse ad eam pauperem, ut sine augmento alteri nubere honestè non possit; præsertim cum jus ad majoritatem pretendat.

15 Secunda etiam causa insufficientis videtur. Primum, quia cum fidei commissum majoritatus non sit apertum, seu purificatum, nimium quia vivit persona, quæ illum jure possidet, non consistit quomodo timor future litis, quæ fortè morte interveniente, vel aliorum navitate, vel præteritioni dilucidatione nunquam deducitur ad actum, possit adferre justam causam, ut de præfenti tam graviter jus commune vulneretur. Secundò, quia ad quem ipsorum majoritatus spectare debeat, poterit humana prudentia absque lite per compromissum, vel alio modo fieri exploratum: quod si coram arbitris de eorum iuribus noluerint experiri, & elegerint potius indurato animo litigare, non debet hæc ipsorum spontanea durities iusta videri causa, ut Pontifex legis vincula ad periculum litis summovendum relaxet, præsertim cum sint tanti ponderis, & spiritualia concernant, ex Archidiacono in cap. Tale, 1. q. 7. n. 1. & 2.

16 De Consang. & affinitate. Cap. Quod dilectio. SVM MARIUM.

1 Dispensatio cum aliquibus ut possint contrahere quarto gradu intelligitur si uterque distat quarto, a modo hoc approbet consuetudo.

2 Et an gradus remotior indistinctè attendatur tam in dispensationibus, quam in impedimentis. Remissive.

Prosp. Fagn. in 4. lib. Decret.

1 QUOD DILECTIO. Si dispensatur cum aliquibus, ut possint contrahere quarto gradu, requiritur ut uterque distet quarto, maxime ubi consuetudo hoc approbat. Hoc dicit: alias summatur sine ditione maxime secundum Jo. Andr. & sequentes: & est communis intellectus, ut attestat Præpositus in princ. qui etiam est de jure verior, quia Pontifex in d. interpretationem suam super consuetudine, quæ vigebat in loco, ex cujus violatione scandalum oriebatur, ut patet ex illis verbis; Consultus diximus multitudini, & approbata consuetudine deserendum, quam aliud in dispensationem, & scandalum populi statuendum. Unde circumscripta consuetudine, standum est regulæ expressæ in litera, & in cap. fin. infra ead. videlicet, Quotogradu remotior distat a scriptis, &c. prout hic firmant gloss. in ver. Uterque, Innoc. in fin. Hostien. n. 4. Jo. Andr. n. 8. in fin. dicens hoc tenendum, Abb. n. 7. & alii communicer, & filius dixi in d. cap. final. & ibi plene videas an hodie tam in dispensationibus obtinendis, quam in inducendis impedimentis indistinctè gradus remotior attendatur, n. 4. f. & in 1. & 2. quest.

2 De Consang. & affinitate. Cap. Quod super SVM MARIUM.

1 Consanguineus mariti cum consanguineis uxoris licet contrahunt.

2 Matrimonia contrahi non possunt in gradibus prohibitis etiam si hoc habeat consuetudo. & n. 7.

3 Affinitas contrahit inter consanguineos viri, & uxorem ipsius, non transit ad consanguineos uxoris, nec e converso.

4 Affinitas non causat affinitatem.

5 Affinitas quid.

6 Affines non sunt vir, & uxor, sed causa affinitatis.

7 Consuetudo etiam immemorabilis non potest tollere, nec inducere impedimenta matrimonium dirimentia. & n. seq.

8 Consuetudo immemorabilis intelligitur sublata, quando lex consuetudinem damnat uti corruptelam.

1 QUOD SUPER. Consanguineus mariti cum consanguineis uxoris licet contrahunt: Hoc primo. In gradibus prohibitis non possunt matrimonia contrahi, etiam si hoc habeat consuetudo. Hoc dicit secundò Joan. Andr. Butr. Cardin. Anchar. Abb. Alex. de Navo, & Præpos. secundum dictum ibi, Ne autem.

2 Nota primò ex priori parte textus Affinitatem contractam inter consanguineos viri, & uxorem ipsius, non transire ad consanguineos uxoris, nec e converso; unde possunt legitime copulari, ut in textu, & notant gloss. 1. Abb. Antiqu. Host. Jo. Andr. Butr. & omnes in summario textus. Ratio est, quia affinitas non causat affinitatem, S. Thom. in 2. par. qu. 86. quæ est in additionibus, §. art. 5. Affinitas enim dicitur illa proximitas, quæ est inter uxorem, & consanguineos viri, & similiter inter virum, & consanguineos uxoris, eo quod due co-

3 SVM MARIUM.

4 Dispensatio cum aliquibus ut possint contrahere quarto gradu intelligitur si uterque distat quarto, a modo hoc approbet consuetudo.

5 Et an gradus remotior indistinctè attendatur tam in dispensationibus, quam in impedimentis. Remissive.

Prosp. Fagn. in 4. lib. Decret.

gnationes, quæ diversæ inter se sunt. per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedunt, dicitur in l. Non facile, s. Affines, ff. de gradib. & affini. unde affines dicuntur quasi iuxta fines, ut inquit Abb. Antiqu. in cap. Non debet, n. 2. infra eod. vir autem & uxor non sunt affines, sed causa affinitatis, sicut unus non est numerus, sed principium numeri, glof. in §. Affinitatis, in addit. in ver. Affinitatis, infra de nupt. glof. in l. Sed & he per personam in ver. Et liberti ff. de procurat. S. Thom. in præcitat. quæst. 57. art. 1. ad primum. Unitas ergo, quæ per matrimonium efficitur inter virum, & uxorem, est causa, ut uxori communicentur omnes consanguinei mariti, & vice versa marito consanguinei uxoris, & conjunctio hujusmodi unius ad tales cum non sit consanguinitas, reliquum est ut sit affinitas, cap. Perro, 3. q. 5.

Secundo nota ibi, Non obstante consuetudine. Regionis consuetudinem tollere non posse impedimentum matrimonium dirimentia: & cum textus adjiciat, quæ dicenda est potius corruptela, hinc liquet manifestè hujusmodi consuetudinem esse impræscriptibilem, etiam si sit supra hominum memoriam, quia in his diuturnitas temporis non minuit, sed aggravat peccatum, ut est textus clare in cap. Non debet, in fin. & ibi Butr. n. 1. infra eod. ad idem cap. Cum haberet, supra de eo, q. dicitur in matrimon. & cap. final. de consuetud. Et quotiescumque lex damnat consuetudinem uti iniquam, & irrationabilem, tunc censetur damnata, & reprobata consuetudo etiam immemorabilis, ut post Felin. in cap. Cum ex officio, n. 13. de præscript. Aretin. in l. Cum stipulamur cum a Proculo, col. 3. ff. de verbor. obligat. & alios plures, conciliando opiniones, concludit Covarr. variat. resolut. lib. 3. cap. 13. n. 5. verf. Adnotandum tamen erit.

Sed in oppositum videtur textus in cap. Super eo, supra de cognat. spirit. ubi filii duorum comparatur, per quorum neutrum deventum est ad comparationem, licet contrahunt matrimonium, & tamen si subest consuetudo impediens, & dirimens talia matrimonium, servanda est loci consuetudo: & ita ibi est casus, secundum intellectum, quem Abbas dicit esse magis communem. Ergo si consuetudo vim habet inducendi impedimentum dirimens, ut ibi patet, non videtur subesse ratio, cur etiam non possit tale impedimentum tollere; nam prout unumquodque producit, sic resolvitur, cap. Omnia res, infra de regul. jur. cum concordant, cujus tamen contrarium hic deciditur.

Pro conciliatione harum Decretalium valde laborant, & inter se dissident Scribentes hic, & Moderni, qui de matrimonio tractatus ediderunt, videlicet Thom. Sanch. lib. 7. disp. 4. & Basil. Pont. de impedim. cap. 1. §. 2. Quidam dixerunt Decretalem Super eo, quæ est Alex. III. corrigi per hanc, & per cap. Non debet, infra eod. quæ sunt Innocentii III. quod non placet, arg. cap. Cum expedit, de elect. lib. 6. Alii tenuerunt hic reprobari consuetudinem contrahendi cum cognatis, & affiniibus carnalibus; ibi verò cum cognatis spiritualibus: quod similiter non placet; quia magis vitanda sunt connubia eorum, qui nobis per spirituales quam per carnalem cognationem sunt conjuncti, cap. 1. 2. & 3. q. 4. & cognatio spiritualis major est, quam carnalis, glof. 1. in fin. in cap. Qui dormierit, 27. q. 2. sed Abbas hic n. 4. putat in d. cap. Super eo, agi de consuetudine induciva cha-

ritatis, nempe ut potius illi contrahant cum extraneis, quam cum illis, quod aliquo modo videntur esse proximi: hic autem de consuetudine, quæ relaxat prohibitionem ad contrahendum inter consanguineos, quæ sic restringit conjunctionem, & amicitiam ad suos, & minuit vicissitudinem charitatis ad alios.

In teneas consuetudinem non esse tantæ potentia, ut valeat inducere impedimenta matrimonium dirimentia, ut fasè probavi in cap. 1. n. 2. usque ad num. 26. supra de cognat. spirit. nisi talis consuetudo fuerit specialiter per Summum Pontificem approbata: & in hoc casu loquitur Decretalis Super eo, ut dixi in d. cap. 1. n. 2.

DE CONSANGVINIT.

& Affinitate,

Cap. Quia circa.

S P M M A R I V M.

- 1 Dispensatio obrenta à Papa non valet super matrimonio inter consanguineos contracto, si ibi falsa causa sit expressa, nisi eam postea à Papa confirmet.
- 2 Veritas narratorum est consideranda secundum tempus datæ interpretationis.
- 3 Dissimulare poteris, hæc verba habent vim dispensationis.
- 4 Subreptio in expressione falsa causa vitiat dispensationem ipso facto.
- 5 Falsum exprimerè detestabilis est, quam verum tacere.
- 6 Dispensandi causa legitima super matrimonio contracto in gradu prohibito est soboles ex eo superflæ.
- 7 Dispensatur super matrimonio tam contracto, quam contrahendo, si timeatur scandala, vel futura inimicitia. & n. seq. Declaratur. n. 12. & 14.
- 8 Propter scandalum receditur à dispositione juris prescripti.
- 9 Dispensatio an sit concedenda in secundo affinitatis gradu ad vitandas inimicitias, & lites inter familias illustres. & n. seq. usq. in finem.
- 10 Dispensatio in secundo gradu ex Concilio Tridentino non concedenda nisi inter magnos principes, & ob publicam causam. Quod locum habet etiam in secundo affinitatis, quam consanguinitatis, ibidem.
- 11 Et copula, &, resolvitur in disjunctivam.
- 12 Inimicitia privatorum non referuntur ad publicam causam.
- 13 Periculum ne civitas factionibus dividatur est iusta causa dispensandi in secundo gradu consanguinitatis.
- 14 Scandalum quod oriretur, si nuptie jam publicæ non sequerentur, non est iusta causa dispensandi in secundo affinitatis.
- 15 Etiam si copula intercesserit, & mulier alius diffamata remaneret.

QUI

QUIA CIRCA. Non valet dispensatio obrenta à Papa super matrimonio inter consanguineos contracto, si ibi falsa causa sit expressa, nisi eam postea à Papa confirmet. hoc intendit secundum intellectum, quem dicunt esse verum, & communem Abb. Præposit. & Alex. de Nævo. Primò recitat, & tacite d. mnat dispositionem. Secundò eam tolerat ex causa ibi, Cum tamen.

Nota primò ibi, Ante dispensationem viam fuerit universa carnù ingressa. Veritatem narratorum esse considerandam secundum tempus datæ impetrationis; non enim sufficit narrata prius fuisse vera, vel post impetrationem verificari, ut notatur in cap. Dilectus, il secundo, de preben. & hic per Hoff. post princ. in verb. Ingressa, Jo. Andr. n. 3. Abb. n. 4. & Alex. de Nævo in ultim. notab. & clarè probatur hic. Nam iste impetrans habuerat filiam, sed eam non habebat tempore impetrationis, & ideo dispensatio fuit subrepticia, ac nulla ut in textu: Generaliter autem an, & quando in literis gratiæ, vel justitiæ attendatur tempus datæ, vel receptionis, seu executionis literarum, recurre ad notabilem theoreticam Abbatis in d. cap. Dilectus, num. 7. & ibi dixi à n. 1. usque in fin. & quando spectetur initium, vel finis, vide plenam glof. in cap. Dudum, il primo, verb. Electionis tempore, supra de elect.

Secundo nota illa verba, dissimulare poteris, quæ habent vim dispensationis; etenim cum dispensatio ob expressionem falsæ causæ, & matrimonium exinde contractum non valeret, stultum esset dicere, ut manerent in adulterio: quæ sunt verba Innoc. hic in fine, cum quo transeunt Hoff. post princ. in verb. Dissimulare, & Jo. Andr. n. 3. in eod. verb. Unde exponere verba, dissimulare poteris, id est ex certa scientia, & ex nostra licentia, quam damus auctoritate presencium, & sic quod nullum erat, roboramus, cap. penult. de supplen. neglig. Prælat. cap. Super eo, de cognat. spirit. prout exponunt Goffred. Hoff. & Jo. Andr. locis proxime citatis. Et ex hoc intellectu collige subreptionem in expressione falsæ causæ vitiat dispensationem ipso facto, ad quod est expressus in cap. 2. in fin. de fil. Presbyt. lib. 6. ubi appetè probatur dispensationem esse nullam ipso jure per subreptionem commissam in tacendo verum, ergo fortius in exprimendo falsum, ut hic, quia detestabilis est falsum exprimerè, quam verum tacere, & ita illum tex. ad hoc expendit Abb. hic n. 5.

Ultimò nota ex textu duas causas dispensandi super matrimonio contracto in gradu lege canonica prohibito. Prima est, quando ex matrimonio sic contracto soboles est superflæ: nam favore filiorum in tali matrimonio dispensatur, ut hic notat Bernard. post casum, & reliqui post eum. Secunda causa est propter scandalum vitandum, ut in fin. tex. & notat Hoff. in fin. Jo. Andr. num. 4. Henric. Boich. in fine. Abb. num. 2. Præposit. num. 1. & Alex. de Nævo nu. 2. & hæc est causa sufficiens, nedum super matrimonio jam contracto, sed etiam super contrahendo, ut dicunt Abb. præpos. & Alex. de Nævo loci citati, quia propter scandalum receditur à dispositione juris politici, cap. Quod super his, supra eodem cap. 2. de tempor. ordinat. & cap. Cum ex in iustitia, de novi oper. nunciat. secundum Jo. Andr. hic num. 4. idem si timeatur futuræ inimicitia, & iurgia, ut per Felin. conf. 26. nu.

mer. 1. 5. vers. Unde considerandum est, & Menoch. conf. 38. n. 7. vol. 4. & ita quotidie papa dispensat inter consanguineos, vel affines propter bonum pacis futurum, vel scandalum vitandum, prout etiam observat Sac. penitentiaria in impedimentis occultis.

Ex factò quæsitum est, num concedenda sit dispensatio in secundo affinitatis gradu ad vitandas inimicitias, & lites inter familias illustres. Sanctissimus mandavit examinari in Sac. Congregatione Concilii, an concedenda sit dispensatio in secundo gradu affinitatis, pro quo supplicat Serenissimus Bavaria Dux per literas Sanctitati Sux directas.

Pro causa avertitur suspicio litium & inimicitiarum inter familias illustres, eo quia vir fuerit à sponsa hæres institutus cognatis præteritis, & vulgata fuerit fama futuræ unionis nuptiarum.

Decretum Concilii Tridentini cap. 5. sess. 24. de reform. matrim. quo statuitur, ut in secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos principes, & ob publicam causam habet locum tam in secundo affinitatis, quam consanguinitatis, ut tradit Navarr. de consanguin. & affini. conf. 4. nu. 8. & sæpius censuit Sacra Congregatio, unde non est opus discutere, an secundus affinitatis quæpoteat tertio consanguinitatis, quod nonnulli censuerunt. Satis enim est ex Concilio iuxta interpretationem Sacre Congregationis prohiberi dispensationem etiam in secundo affinitatis, nisi inter magnos principes, & ob publicam causam.

Sed quia copula illa, &, resolvitur in disjunctivam, ut eadem Sacra Congregatio aliàs declaravit, adeo ut alterutrum sufficiat vel dispensationem magnis principibus concedi, vel subesse causam publicam ejus concedendæ inter alios, quam magnos principes, cum hoc casu non sit magni principis, qui petunt dispensationem, sed solum ex illustri familia: tota difficultas reducitur ad causas, quarum hic nulla avertitur, quæ publica videtur.

Nam bonum pacis, & vitatio litium, & inimicitiarum, quæ oriuntur inter utramque familiam, si Carolus in matrimonium non diceret virginem partis adversæ sibi in secundo affinitatis gradu conjunctam, non est causa publica: neque enim privatorum dissidia, & inimicitia respiciunt publicam causam, ut animadvertit Sac. Congregatio in causa dispensationis Alexandri de Cordelles nobilis Barcinonensis 1607. Et propterea multò ante cum peteretur dispensatio à primatibus Civitatis Hispaniæ super secundo consanguinitatis, & Rex Catholicus pro dispensatione urgeret, & contrahentes allegarent periculum, ne Civitas factionibus divideretur, & plura sequerentur homicidia, nisi concederetur dispensatio: Sacra Congregatio censuit non aliter concedendam dispensationem, quam si de tali periculo ratiorem Regis testimonium haberetur; quod tamen nunquam habuerunt contrahentes, licet Rex Catholicus prius pro eis supplicasset, ac proinde dispensationem non obtinuerunt. Tunc itaque fensit Sacra Congregatio oportere causam inimicitiarum non respicere tantum privatas familias, sed universam Civitatem, ut causa publica dici possit: imò tunc etiam consideratum fuit periculum simulatum, etiam publicarum non esse attendendum, quia vigente seculari potestate, possunt qui ad arma conjungunt à Magistratibus coerceri. At verò hoc casu

G 4

casu nec ulla quidem etiam privata causa inimicitarum urget, quia virgo non fuit dehortata, nec suspicio ulla irrepit de honorationis, ita ut honoris causa potuerit graves inimicitias suscitari, sed tantum maritus fuit haeres inflictus ab uxore, & cognati praeertit, quae causa est mere civilis, & solum parere potest verisimiliter lites, ac discordias inter utramque familiam, quae litis occasione oriuntur. Quas tamen discordias secularis Magistratus auctoritas sedare facile poterit.

14 Alia causa scandalum vitandi, quod oriretur si hoc matrimonium non sequeretur, & quod vulgata jam sit nuptiarum fama, certe nec gravis, nec publica est, imò talis, quae facile à quolibet dispensationem postulante asserri possit, adeo ut esset in potestate affinium, & consanguineorum liberis simul versando dare causam dispensationis. Et ed magis, quod hoc casu nec simul versati sunt, sed tantum rumor irrepit futurorum nuptiarum, Quamobrem si scandalum spectandum est, majus oritur scandalum ex concessione dispensationis non subsistente causa à Concilio requisita.

15 Postremo cum olim fuisset petita dispensatio in secundo affinitatis sequuta copula, non tamen spe facilis obinendi dispensationem, ne mulier difamata, & inupta remaneret, & scandala oriuntur: S. Congregatio Concilii etiam Cardinalis Aragonius dixit in Dataria has dispensationes saepe fuisse concessas, cum tamen S. Congregatio semper exilimaverit non concedendas, censur nihil esse rescribendum.

DE CONSANGVINIT. ET AFFINIT.

Cap. Non debet.

SVM MARIYM.

- 1 Affinitatis impedimentum in 2. & 3. genere sublatum est, & n. 14.
- 2 Idem de impedimento, quo soboles suscepta ex secundo nuptiis conjugii non poterat consanguineis prioris viri, & n. 15.
- 3 Impedimentum consanguinitatis, & affinitatis ultra quartum gradum non extenditur, & n. 16.
- 4 Papa licet supremam habeat auctoritatem, timet tamen se reprehendi.
- 5 Leges humana variari debent ex temporum varietate.
- 6 Canonum antiquorum rigor cur nostris temporibus non sit usquequaque observandus.
- 7 Ob fornicationem simplicem olim deponeretur non solum Clericus, sed etiam Episcopus.
- 8 Hodie secus nisi fornicatio sit notoria, vel scandalosa, aut diu continuata.
- 9 Depositionis poena olim dignum erat quodlibet mortale peccatum.
- 10 Scientia juris est de aeternis quantum ad suam originem, quae est dictamen rectae rationis.
- 11 Legum finis est invariabilis.
- 12 Lex correctiva, & corrigens idem sunt.
- 13 Jus canonicum est jus humanum, sed large dicitur jus Divinum.
- 14 Affinitatis genera quae sunt, & in quo differant à gradibus.
- 16 Affinitatis impedimentum, quod oritur ex fornicatione, post Concilium Tridentinum ultra secundum gradum non extenditur.

- 17 Etiam si superveniat post matrimonium contractum.
- 18 Et intra secundum gradum nec divini matrimonium, nec sponsalia de futuro.
- 19 Nec impedit contrahendum.
- 20 Impedimentum publica honestatis, quod olim oriebatur ex secundo, & tertio genere affinitatis, sublatum est à Concilio Generali.
- Idem in publica honestate, quae oriebatur ex secundo nuptiis inter sobolem ex illa susceptam, & consanguineos primi viri, n. 22.
- Sed publica honestas, quae oritur ex sponsalibus de futuro, non est sublatam, n. 23.
- Et multo minus illa, quae oritur ex sponsalibus de praesenti, n. 24.
- 21 Vitium quodvis ex una radice nascitur, consequens est, ut una lege tollatur.
- 25 Cognationis legalis impedimentum à Concilio Generali non est sublatum.
- 26 De impedimento publica honestatis collendo, vel restringendo actum fuit in Concilio Lugdun, sed nihil obtentum.
- 27 At ex Tridentino hoc impedimentum non oritur ex sponsalibus nullis, & ex validis primum gradum non excedit.
- 28 Et hoc in sponsalibus de futuro. Sed in sponsalibus de praesenti adhuc durat ad praescriptum juris veteris.

**N**ON DEBET. Tollitur prohibitio contrahendi matrimonium in secundo, & tertio affinitatis genere. Item tollitur prohibitio, per quam soboles suscepta ex secundo nuptiis conjugii non poterat consanguineis prioris viri: & prohibitio conjugii ultra quartum consanguinitatis, & affinitatis gradum non extenditur. Hoc statuit, juxta ordinem litterae, secundum Abbarem, & Alex. de Nevo: & concordant licet ordine inverso Joan. Andr. Buc. Card. Anchar. & Praepos. Dividitur in quatuor partes: primò excusat correctionem juris Antiqui: secundò ibi, cum ergo, excusationem declaratam, in duobus illud tollit: tertio restringit, restrictionis causam reddens, ibi, prohibita. Quarto prohibitionem restrictam fortificans, constitutiones contrarias tollit, & causas reddit, ibi, cum ergo.

4 Nota primò ibi, *Reprehensibile*. Summum Pontificem, licet supremam habeat potestatem, timere tamen se reprehendi, ut hic innuitur, & in cap. Nisi supra de usu pallii, & in cap. Vt nostrum, Vt Eccles. Benefic. Sed quidquid timeat, multoties mordetur: quod tamen non fit absque peccato, ut cap. 1. infra de maledicti, secundum Holtienf. hic n. 1. & Jo. Andr. n. 2.

5 Secundò nota ibi, *Temporum*. Statuta humana variari debere ex temporum varietate, ut hic, & in concord. allegat in glof. 1. Nec mirum, quia lex debet tempore esse conveniens, cap. Erit autem lex, 4. dist. Quo fit, ut rigor antiquorum Canonum in poenis infligendis hodie non sit usquequaque observandus; quia, ut inquit textus in c. Fraternitatis, 34. dist. Defectus nostrorum temporum, quibus non solum merita, sed corpora ipsa hominum defecerunt, distributionis canonicae non patitur in omnibus manere censuram. Unde olim propter simplicem fornicationem de rigore de-

- deponeretur non tantum clericus, ut cap. Si quis clericus, & cap. Presbyter, 81. dist. Sed etiam Episcopus, ut cap. seq. & cap. Lator, & ibi glof. 2. quae 7. Sed hodie ob simplicem fornicationem non fit depositio, ut cap. A multa de erat. & qualis. Nisi sit notoria, vel scandalosa, aut diu continuata, cap. Quam sit, infra de excess. Praetor. & cap. Ex parte Ada, supra de testib. cum concordant ut per Butr. in cap. At si clerici, num. 13. vers. Per hoc patet an simplex fornicatio, de iudic. Quinimò quodlibet mortale peccatum olim erat depositione dignum, cap. Si Diaconus, 81. dist. & d. cap. Presbyter. Sed hodie servabitur in his, propter legitur, & notatur in d. cap. At si clerici: maxime per Butr. d. n. 13. & Abb. num. 35.
- 10 Ex his nonnulli detrahunt scientiam juris, afferentes eam non esse propriam scientiam; quia scientia est de incorruptibilibus; & de impossibilibus aliter se habere, ut habetur primo posterior. Sed leges humanae mutantur quotidie, ut hic. Verum ut bene respondent Cardin. num. 2. & Abb. in 1. notab. vers. Et per hoc dicunt. Scientia juris est de aeternis quantum ad suam originem, quae est directio, seu dictamen rectae rationis: nam lex semper editur, ut appetitus nostris sub juris regula coarctetur, ut habetur supra in proem. Itaque tamen mutantur Constitutiones particulares; tamen finis legis, quod est primum in intentione Legislatoris, est invariabilis, & leges deserviunt finis semper enim lex debet esse rationabilis, & sic fundata super ratione naturali, & immutabili, alias non est lex, ut cap. Confectado, t. dist. 1. & d. 12. cap. Erit autem lex, 3. dist. Et ex hoc refert Card. d. num. 2. Praeceptorum suum publice disputando, & in libro de somnio tenuisse, legem corrigentem, & correctam idem esse. Et subdit ex his repelli infulsas cogitationes Logicorum, qui capiunt quod non intelligunt.
- 13 Tertio nota ibi, *Humana*, Jus canonicum esse jus humanum, Cardin. hic num. 1. alibi tamen dicitur jus Divinum, ut cap. Nihil de jurejur. cap. Quilibet de accusat. & cap. 1. de juram. calumn. ubi lex canonica appellatur divina, & lex civilis humana. Sed hoc intelligas large; nam stricte summorum Pontificum, & Conciliorum Constitutiones jus divinum dici non possunt, ut hic per Abb. n. 4.
- 14 Quarto nota ibi, *Revocantes*. Hodie sublatam esse antiquam prohibitionem contrahendi matrimonium in secundo, & tertio genere affinitatis, De secundo habetur in cap. De propinquis, 35. quae 3. De tertio vero in cap. Porro ad. caus. & quae 1. Nec obstat quod Gregorius in cap. Fraternitatis, 33. quae 10. dixerit: Qui dissolvit haec genera affinitatis, negat verbum Dei in aeternum manere: quoniam ut respondet glof. hic in ver. Revocantes: hoc intelligi debet sine causa; & ab alio, quam à successore Gregorii: ad hoc innuitur, & Quamvis autem, supra de elect. Itaque hodie non remanet, nisi primum affinitatis genus; restrictum tamen ad quartum gradum, ut hic. Ut autem intelligas quae sint secundum, & tertium affinitatis genera, & in quo differant genera, & gradus, consulo glossam magnam hic, quae mira facilitate hoc declarat: & eam probant, & commendat communiter scribentes.
- 15 Quintò nota ibi, *Non copulanda*, similiter sublatam esse veterem prohibitionem, qua cautum e-

rat, ut nullus de consanguinitate viri praemortui possit matrimonium contrahere cum prole ex secundo viro per mulierem suscepta: & similiter ut nullus de consanguinitate uxoris praemortuae possit contrahere cum prole suscepta ex secundo nuptiis viri: de qua prohibitionem habuimus rubricam in veteri compilatione de sobole suscepta ex secundis nuptiis, ut hic referunt Jo. Andr. num. 4. in ver. Non copulanda: & Cardinal. post princ. Et quamvis Abb. Antiqui, num. 3. multum se involvat circa hujusmodi sobolem ex secundis nuptiis susceptam in perquirendis exemplis, quando contingat, ut quis contrahat cum sorore fratris: tamen facile ponuntur per Joan. Andr. num. 6. cum quo alii transeunt.

16 Sextò nota ibi, *Quarta consanguinitatis, & affinitatis gradum*. Prohibitionem conjugii inter consanguineos, & affines, quae olim usque ad septimum gradum praetendebatur, cap. 1. & cap. Nullum, 35. q. 3. & cap. Ad sedem, 35. q. 4. Hodie restrictam esse usque ad quartum includit. Sed respectu affinitatis hoc intellige de illa, quae oritur ex copula conjugali, non autem de illa, quae oritur ex fornicatione, & matrimonium post contractum dirimit. Hec enim novissime restricta est à Tridentina Synodo ad eos tantum, qui in primo, & secundo gradibus conjuguntur, addit ut in ulterioribus gradibus matrimonium in postea contractum non dirimat, ut in cap. 4. dist. 2. de reformat. matr. quod etiam advertunt Navarr. in Manuali, cap. 22. num. 42. & Cardinal. Tolet. in sum. lib. 7. cap. 11. num. 4. & S. Congregatio ejusdem Concilii Interpres declaravit hoc habere locum etiam in impedimento affinitatis superveniente matrimonio contractum, & ultra secundum gradum non extendatur; quia si Concilium sustulit quod est majus, censetur etiam sustulisse quod est minus, nempe hanc affinitatem supervenientem; & quia si Concilium primum, & secundum gradum, ergo in omnibus, &c. Sanctissimum Congregationis sententiam sibi relatam approbavit, non tamen voluit edi hac de re aliquam regulam, sed orerantibus, & litteris Congregationis petentibus responderi. Rursus censuit S. Congregatio hujusmodi restrictionem ad primum, & secundum gradum extendi etiam ad sponsalia per verba de futuro contracta, adeo ut nisi in primo, & secundo gradu hujusmodi affinitatis non dirimatur.

19 Et quamvis contextus Concilii non addat affinitatem ex copula illicita ultra secundum gradum impedire matrimonium contrahendum, sed tantum dicat dirimere post contractum: tamen Pius Quintus in suo motu proprio incipiens, Ad Romanum edito anno 1565. die 20. Augusti declaravit praedictam affinitatem nec dirimere, nec impedire.

20 In glossa magna in fine: nota per hanc Constitutionem sublatum esse impedimentum publicae honestatis, quod oriebatur ex secundo, & tertio genere affinitatis, ut in cap. Porro, 35. quae 3. ibi enim prohibetur secundum genus, & praeter hoc impedimentum erat ibi etiam publica honestas, ut in uxoris duorum fratrum, sive consobrinorum. Juno igitur sublato per hoc capitulum tollitur, & aliud; Nam quoties vitium ex una radice nascitur, consequens est, ut una lege tollatur, l. 1. in fin. C. de nup. l. 1. in fin. C. de iurejuram. l. 1. Si colonus, ff. Arbor. Jurim. casarum: & nota bene hanc

hanc theoreticam glossæ ad interpretationem statutorum.

- 22 Ob eandem rationem cum prohibito de sobole suscepta ex secundis nuptiis non copulanda conjugationi viri prioris (ublata sit per hanc Constitutionem, similiter sublata erit publica honestas inde proveniens. At vero publica honestas, quæ oritur ex sponsalibus de futuro, juxta textum in cap. Duo pueri, & cap. Accessit, supra de desponsat. impuber. & cap. Invenis, de sponsal. per hanc Constitutionem minime tollitur, cum de ea hic nihil dicatur, secundum gloss. cum qua concordat Innoc. in princip. Abb. Anci. num. 4. & Doctores communiter. Et longe minus tollitur per hanc Decretalem publica honestas, quæ oritur ex sponsalibus de presentiam major honestas exigit, ut non ducam eam in uxorem, quæ fuit sponsa de presentiam confanguinei mei, quia in ut ablineam ab ea, quæ fuit sponsa confanguinei mei de futuro, ut ad litteram inquit Abb. hic num. 13. & tenent Doctores in cap. Sponsam, supra de sponsal. Et ob rationem glossæ similiter per hanc Constitutionem non tollitur impedimentum cognationis legalis, de quo in cap. un. supra de cognat. legal. secundum Holt. hic num. 7. qui tamen optat has quoque revocari per extortam Constitutionem, quia modicum rationis habent, secundum quam magnum dirimunt Sacramentum.
- 26 Sed ut notabiliter refert hic Jo. Andr. n. 14. In Concilio Lugdunen. sub Gregorio X. actam fuit de tolerando impedimento iustitiam publicæ honestatis, & a quibus visum est illud simpliciter tolerandum, aliis hoc durum videbatur, sed suadebant dari potestatem in Episcopis in illo dispensandi: alii suadebant illud restringi ad sponsam primam, & secundam gradum tantum, & in aliis duobus tolli: & qua vis deliberatum fuisset per Præsidentes, ut secundum hoc ultimum heret Constitutioni: tamen non fuit obtentum.
- 27 Ceterum postea supervenit Concilium Tridentinum, quo ex parte satisfactum est desiderio Hostiensis, & amplius obtentum, quam deliteratum fuerit in Concilio Lugdun. nam iustitia publicæ honestatis impedimentum, ubi sponsalia quæcumque ratione valida non erant, profus sublata sunt: cum tamen jure veteri publica honestas occurreret etiam ex sponsalibus nullis, dummodo non essent nulla ex defectu consensu, ut cap. un. de sponsal. lib. 6. Ubi autem valida fuerint, primum gradum non excedunt, ut patet in cap. 3. sess. 24. de reform. matrim. ubi subiungitur ratio, quia in ulterioribus gradibus tam non potest observari: quæ ratio de sumpta est ex hac Decretali in ea parte in qua restringitur impedimentum consanguinitatis, & affinitatis ad quartum gradum.
- 28 Adverte tamen, quia ex decreto d. cap. 3. non est restricta publica honestas, quæ oritur ex sponsalibus de presenti, seu ex matrimonio rato, non consummato, quia licet illud non sit affinitas, sed publica honestas, tamen est fortius impedimentum, quam illud, quod oritur ex sponsalibus de futuro; & ideo minime restrictum est à Concilio, sed adhuc durat in omnibus illis casibus, & gradibus, quibus de jure veteri ante prædictum decretum Concilii introducendum erat, ut in Declaratione Pii V. quæ incipit Ad Romanum, edita Kalendis Julii 1565, ex sententia Sacræ Congregationis

nis Concilii. Quod locum habet etiam matrimonium sic nullum ex alia causa, quam ex defectu consensu, ut scripsi latius in cap. Ad audientiam in i. quæst. supra de sponsal.

DE CONSANGVINIT. & Affinitate.

Cap. Virqui.

S V M M A R I V M.

- 1 Gradus quarto, vel cetero distans à stipite cum distans quinto, vel ulteriori contrahere potest.
- 2 Gradus quarto remotior persona distat à communi stipite, toto distat à quolibet alio descendente per aliam lineam.
- 3 Etiam si eorum alter distet à stipite in primo gradu, & n. 8. & n. 11. & seqq.
- 4 Gradus remotiorum in dispensationibus matrimonialibus non sufficit exprimere, si alter ex conjunctis primum gradum quoquomodo attingat, & num. 7.
- 5 Sed in aliis gradibus remotior attenditur, & trahit ad se propinquiores.
- 6 Gradus in ascendentiis tot sunt, quot persona dempro stipite.
- 7 Gradus primus, non autem remotior attenditur quoad obtinendam dispensationem, non autem ad inducendum impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis, aut potius honestatis, & n. 9.
- 9 Gradus primus, & secundus publicæ honestatis sublata est à Concilio Tridentino, cum fiat computatio à remotiori.
- 10 Affinitas ex fornicatione an hodie dirimat matrimonium secundo, & tertio gradu, & num. seqq. usque ad n. 17.
- 11 Affinitati impedimentum ex fornicatione restrictum est à Concilio Tridentino ad primum, & secundum gradum.
- 12 Consanguinei, & affines de jure antiquo prohibebantur copulari usque ad septimum gradum.
- 14 Gradus propinquior num. in dispensationibus sit attendendus, & n. seqq.
- 15 Ex Constitutione Pii IV. gradus propinquior exprimendus: non tamen super eo dispensandum.
- 16 Eadem Constitutio quoad expressionem propinquiorum revocata est à Pio V. præterquam quoad primum gradum, & declarationem super remotiori.
- 17 Affinitas, quæ ex fornicatione post contractum matrimonium supervenit debet executionem impedit, an censetur ad primum, & secundum gradum restricta à Concilio Tridentino, & n. seqq.
- 18 Affinitas ex fornicatione ultra secundum gradum nec casus impedimentum dirimens, nec impediens.
- 19 Matrimonium contrahere plus est, quam debitum exigere.
- 20 Casus omnis habetur pro expresso, si in eo concurrat similitudo, vel identitas rationum.
- 21 Idem si alias sequeretur absurdum.
- 22 Matrimonium an possit esse inter ascendentes, & descendentes ultra quartum gradum, & n. seqq. usque in fin.

- 23 Infra quartum est prohibitum saltem jure ecclesiastico.
- 24 Lex generalis non corrigat legem specialem, & numer. 26.
- 25 Adam si hodie viveret, non posset cum aliqua matrona contrahere.
- 27 Lex civilis non potest statuere impedimentum dirimens matrimonium in infinitum inter ascendentes & descendentes.
- 28 Matrimonium in linea recta ascendenti, & descendenti an, & usque ad quem gradum sit irritum jure nature, & n. seqq. usque in fin. maxime n. 33.
- 29 Non est irritum jure divino positum.
- Gradus nullus jure divino prohibitus est, qui idem non sit prohibitus jure nature, ibid. & n. 31.
- 36 Præcepta Leviticæ 18. quo ad tot personarum indubitatum ad matrimonium contrahendum iudicialia sunt, & ideo evacua per adventum Christi.
- 31 Præceptum nullum in lege Evangelica continetur, quod non sit jura naturalis, præter præcepta de Sacramento, & de Fide.
- 32 Matrimonium inter parentes, & filios consistere non potest ipso jure naturali prohibente.
- 33 Sororum & fratrum commissio quando fuit antiquior compellente necessitate, tantum postea facta est damnabilior Religione prohibente, & n. 34.
- 35 Papa potest dispensare cum omnibus personis conjunctis, nisi cum patre, & matre, ut matrimonium contrahant.

- 1 VIR QUI. Se summat, secundum Jo. Andr. sed jungendo textum cum gloss. hoc intendit, Distans à stipite quarto gradu, vel cetero, cum distans quinto, vel ulteriori contrahere potest.
- 2 Nota ex textu & gloss. secundum Abb. in 2. not. regulam infallibilem in computandis gradibus in linea transversali, seu collateralis, videlicet quo gradu remotior persona distat à stipite, seu communi parente, toto distat à quolibet alio descendente per aliam lineam. Quo fit, ut duo consanguinei, quorum unus à communi stipite distat quinto, & alter quarto per aliam lineam, possint matrimonialiter copulari, nimirum quia computatio fit à remotiori, & sic inter se distat quinto, in quo gradu nulla est prohibitio, cap. Non debet, supra eod. & ita hic est casus secundum Abb. Alex. de Nervo, & Præpos. in sum. textus.
- 3 Quod vendicat sibi locum etiam si eorum alter distet à stipite in primo gradu, quia nihilominus cum distans quinto valide contrahit: & quamvis aliqui contradicant; tamen hæc opinio vera est & communis, eamque amplectitur gloss. ult. hic, quæ graduum computationem explicat satis dilucide Jo. Andr. n. 2. Butr. n. 4. & Præpos. in fin. Stephan. de Gaet. in reper. cap. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. q. 132. n. 358. Covarr. in 4. Decretalium 2. par. cap. 6. §. 6. in fin.
- 4 Adverte tamen, quia in dispensationibus matrimonialibus si aliquis ex conjunctis primum gradum quoquomodo attingat, non sufficit gradum remotiorem exprimere, sed exprimendus est primus, in quo Summus Pontifex nunquam dispensare intendit: in aliis vero gradibus remotior attenditur, & trahit secum propinquiores; ideoque sufficit exprimere remotiorem, obtentis tamen

postea super propinquiore litteris declarationis, ut in Regula Pii V. Declarationis Regule Pii IV. publicata die 20. Augusti 1566. & sic jungat quod dicam infra in 1. qual.

- 6 In ascendentiis vero alia datur regula, secundum Abb. hic n. 4. videlicet quot sunt peritone, tot sunt gradus dempro stipite; & ideo demitur stipites, quia filius est ex sanguine patris, unde non sit descensus per duos gradus, sed per unum dumtaxat, de quo plenius in arbore consanguinitatis, & per Magistrum sentent. in 4. dist. 40. de comput. grad. consanguinit.
- 7 Hinc Antonius, qui mulierem quamdam cognoverat, ejus mulieris nepem, id est filiam filiam in uxorem ducere volens, dubitavit, an sibi liceret, cum Concilium Tridentinum ad primum, & secundum gradum restricto hæc affinitatem, & an attendatur primus, cum in utroque mulieri prædictæ conjugatur. Sacra Congregatio censuit, non licere, & primum gradum attendi, quia in linea transversali, cum gradus est inæqualis, computatio fit à remotiori: sed in ascendentiis quot sunt persona, tot gradus, unde persona matris facit primum gradum, Abb. in cap. final. de consanguinit. & affi. n. 1. amplius dictum sine etiam ageretur de Collateralibus, quia attingitur primus gradus, non posse attendi remotiorem ob Bullam Pii V.
- 8 Cave tamen decipiari, quia exceptio, quæ habetur in eadem Bulla Pii V. videlicet ut non sufficiat exprimere gradum remotiorem, si alter ex conjunctis primum gradum attingat, locum habet in terminis, in quibus loquitur, id est quoad obtinendas dispensationes: matrimoniales dumtaxat: secus autem quoad inducendum impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis, & publicæ honestatis, quia tunc non attenditur primus gradus, sed remotior, ut dixi supra n. 3. idem dicendum quoad alios effectus.
- 9 Ideoque Petrus de Velsco volens contrahere matrimonium cum Maria R. eald. a. hispalen. Diaconæ quæ prius cum Jo. Velsco fratre germano d. Petri sponsalia per verba de futuro contraxit, sed prius vita excessit Joannes, quàm ipsam vel attenter, vel etiam vidisset, petiit à Sanctissimo dispensationem quæ à Sanctitate Sua ad Congregationem Concilii rejecta fuit. Sacra Congregatio censuit declarandum gradum hunc primum, & secundum publicæ honestatis esse sublatum à Concilio, cum fiat computatio à remotiori in transversali linea, & sic secundo cap. finali Abb. de consang. & affi. n. 1. Nec obstat Bulla Pii V. hæc de re edita die 20. Aug. 1566. quia procedit quando agitur de dispensatione faciendâ; item procedit in gradibus consanguinitatis, & affinitatis, & non publicæ honestatis. Ideo declarandum esse primum, & secundum gradum publicæ honestatis juxta ab eodem stipite sublatum esse à Concilio.
- 10 QUÆRO, An hodie affinitas ex fornicatione dirimat matrimonium secundo, & tertio gradu.
- 11 Sicut hodie impedimentum affinitatis ex fornicatione contractæ non dirimit matrimonium postea sequutum inter conjunctos in tertio, vel ulteriori gradu, cum ex decreto Concilii cap. 4. sess. 25. de reform. matrim. sit restrictum ad primum, & secundum gradum: ita etiam videtur respondendum, hujusmodi impedimentum non dirimit

mere matrimonium eorum, qui in secundo simul, & tertio gradu conjunguntur. Pro hac opinione videtur casus in hac Decretali; Antiquus enim prohibebatur, ne consanguinei, & affines usque ad septimum gradum matrimonio copularentur, 35. q. 2. & 3. per tot. Postea prohibitio fuit restricta ad quartum, cap. Non debet, supra eodem. Deum fuit dubitatum, an per lineam inaequalem se attinentes in quarto, & quinto simul possent matrimonium invicem contrahere. Et Gregorius IX. in hoc cap. respondit posse juxta regulam, qua dicitur, quoto gradu quis remotior distat a stipite, eodem gradu a quolibet per aliam lineam descendente ab eodem stipite distat; ex hac regula constat, conjunctos in secundo, & tertio gradu, in tertio tantum censeri conjunctos, ut declarat glossa hic in verb. Removetur, quia omnes sequuntur, ut latius dictum est supra n. 2.

Ex hoc itaque inferitur, ut quoad eos, qui dicto in equali secundo, & tertio simul affinitatis gradu ex illicita copula proveniente se attinent, hujusmodi impedimentum dirimens locum non habeat, cum in tertio tantum gradus conjuncti dicantur, & consequenter sint comprehensi in secunda parte d. c. a. ibi. In ulterioribus vero.

14 Non obstat text. in cap. Quod di. c. lio, supra eodem, quo probatur, dispensationem aliquibus concessam, ut possint contrahere in certo gradu alias prohibito, requirere, ut uterque contrahentium toto gradu a stipite distet, & sic videtur attendendus gradus propinquior. Primo enim respondetur, illum textum loqui de dispensatione, seu privilegio concessio aliquibus contra jus contrahendi, quod cum sit odiosum, stricte intelligendum est, ut declarat ibi Innoc. & Ant. de Burr. in 4. not. Nos autem loquimur de Constitutione Concilii, quae jus commune constituit, nec dat privilegia contrahendi in gradibus prohibitis, sed gradum ipsum, illiusque prohibitionem ultra secundum generaliter revocat; ideoque late intelligenda est, juxta determinationem hujus capituli. Deinde, ac verius, respondetur, illam interpretationem dispensationis fundari in consuetudine loci, secundum quam receptum erat, ut gradus propinquior attendere, ut perspicue innuit ibi textus in illis verbis, (cum tamen de consuetudine, & in illis, (consuetudinis duximus multitudinem, & observare consuetudinem defendendum) & sentunt expressè ibi glossa in verb. Verique, Innocent. in fin. Holtien. num. 4. Joan. Andr. num. 8. in fin. & Abbas num. 7. Covar. in 4. Decretal. part. 2. cap. 6. §. 10. num. 12. & alii apud Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 1. num. 3. prope finem. Unde cessante consuetudine summas Pontifex verisimiliter fuisset interpretatus privilegium dispensationis juxta textum hic, & regulam superius adductam: & pro hac opinione facit Declaratoria Clementis VI. de qua meminit Calderin. de consanguinit. & affinit. conf. 1. Quae habet sufficere, si in dispensatione exprimitur gradus remotior tantum, et quamvis postea Pius IV. declararet, debere etiam fieri mentionem de gradu minus remoto; non tamen dicit super eo dispensandum esse, sed sufficere, ut detur declaratoria non obstantia; & ita ipse etiam admittit in computatione graduum vere attendendum esse remotiorem. At praeterea advertendum praedictam Pii IV. Constitutionem in ea parte, in qua declaravit gradum propinquiorum esse

necessario exprimendum, alioquin dispensationes esse nullas; fuisse revocatas per aliam Constitutionem Pii V. in qua idem Pontifex in haerendo Declaratorie Gregorii XII. & Clementis VI. declaravit in dispensationibus sufficere gradum remotiorem exprimeri, dummodo propinquior primum gradum quoquomodo non attingat, & ex hoc capite litteras dispensationis subreptionis, & obreptionis vicio nullatenus subiacere; voluit tamen firmas esse Constitutiones Pii IV. in ea parte, in qua disponit, ut qui litteras dispensationis impetrant, obtineant postea litteras Declaratorias super gradu propinquiori, ut dictum est supra n. 4. & 5.

17 Secundo QUÆRO, An affinitas, quae ex fornicatione post contractum matrimonium superveniens debet exactionem impedire, censetur ad primum, & secundum gradum restricta Decreto Concilii Tridentini cap. 4. sess. 24. de reformat. matrim.

18 Videtur respondendum esse restrictam; quia Concilium d. cap. 4. non solum voluit affinitatem ex fornicatione contractam ultra secundum gradum non causare impedimentum dirimens, sed nec impediens, ut Pius V. declaravit in Bulla incipiens Ad Romanum, edita 4. Kalen. Decembris 1566. Si ergo affinitas hujusmodi ultra secundum gradum non impedit quo minus contrahatur matrimonium, utique nec ubi contractum fuerit, si talis affinitas superveniat, impedit debet exactionem; quia plus est contrahere, quam debitum exigere, argumen. cap. Ex parte, iterum de decim. & cap. Cui licet, de reg. jur. lib. 6. Quae ratio cum aliis motus est Navarr. ut in hanc sententiam inclinetur, conf. 3. num. 2. de consanguinit. & affinit.

20 Non obstat, quod casus exactionis debiti ex fornicatione superveniens sit omissus à Concilio, & ideo remaneret in dispositione juris communis, 1. Si cum dotem, in primo, ff. de iur. matrim. l. Commendatione, ff. de liber. & postum. Quoniam non est omissus à ratione Concilii, vel à similitudine rationis, ut declarat Oldradus conf. 224. Ita sunt allegationes, num. 3. Bald. in l. per diversos, n. 3. verbi. Quod verum credo, C. Mandat. Decian. post alios conf. 28. & prima fronte, num. 22. & 23. lib. 2. Quia scilicet huiusmodi prohibitio in ulterioribus gradibus non potest sine salutis dispendio observari cap. Non debet, vers. Prohibitio quoque, supra eod. Conc. Trident. 3. in fin. sess. 24. de reformat. matr.

21 Praeterea alias sequeretur absurdum, ut Concilium providisset, ut quis non obstanti tali affinitate posset contrahere; & tamen non providisset, ut ea non obstante posset debitum exigere; cum tamen longe fuisset facilis abstinere à contrahendo matrimonio, quam post contractum ab exactione debiti conjugalis. At quando constat de verisimiliter dispensationis, vel alias sequeretur absurdum; casus omissus habetur pro expresse, Abb. conf. 7. primo est videndum, n. 4. lib. 1. Angel. conf. 22. 1. in volumine, per tot.

22 Tertio QUÆRO, Numquid inter ascendentes, & descendentes possit esse matrimonium ultra quartum gradum: quod coincidit cum questione, An hoc capitulum permittens copulam conjugalem ultra quartum gradum inter Collaterales, locum habeat etiam inter ascendentes, & descendentes.

23 Conveniunt omnes infra quartum gradum, in linea recta matrimonium esse prohibitum saltem jure Ecclesiastico, per textum in cap. Non debet, infra eodem; nam cum ibi generaliter, & indistincte prohibitio contrahendi matrimonium inter consanguineos, & affines restringatur ad quartum gradum, & ita infra hujusmodi gradum adhuc ducet prohibitio; utique si hoc procedit in Collateralibus, multo fortius vendicat sibi locum in ascendentibus, & descendentibus, in quibus major est ratio prohibitionis: & hoc planum.

Sed ultra quartum gradum, an in linea recta permilla sit copula conjugalis, non conveniunt Doctores: nam Goffredus in summa hoc tit. §. Item quaritur, num. 7. & post eum Abb. Antiqui in d. cap. Non debet, num. 4. circa finem, vers. Vnde non omittitur: putant hanc prohibitionem non extendi ultra quartum gradum; quia cum ille textus infra quartum gradum consanguinitatis eam conclusit, nec distinxerit, an in linea recta, vel transversalijurique generaliter, & indistincte de utraque linea est intelligendus; & cum hac opinione, quam recitat ultimo loco, videtur residere glossa in summa 35. q. 1.

24 Sed Holtien. in summa hoc tit. §. Qui consueverant, sub §. Qualiter arbor, vers. Non quaritur, tenet prohibitionem in linea ascendente, & descendente procedi utique in infinitum; & miratur quomodo jus indistincte loquens corrigat illud, quod cum distinctione salvari potest, vel quomodo loquens in genere, corrigat quod in specie loquitur, cum potius consentaneum sit, ut hoc casu novum trahat ad se antiquum, ut l. Sed & posteriores, ff. de legib. Et quamvis Abbas Sicul. in d. cap. Non debet, num. 8. dicat ita originaliter tenuisse Holtiensem; tamen ante ipsum hoc voluit Hugo, qui refert praecitata glossa in summa 35. q. 1. qui censuit in linea descendente prohibitionem extendi in infinitum, per textum in §. 1. In fine, de nupt. ibi, in infinitum. Unde secundum eum Adam, si hodie viveret, non posset cum aliqua matrona contrahere. Et idem dixit gloss. 1. in l. Nemi, si liceat, C. de nupt. Eandem opinionem amplectitur Joann. Andr. in glossa sua super arbore consanguinitatis, & communiter Doctores, ut hic testatur Anchar. num. 1. Eamque putat verissimam Abbas d. num. 8. vers. Et hanc opinionem, quia cum textus juris civilis indistincte prohibeat matrimonium inter ascendentes, & descendentes in infinitum, ut l. Nuptia, la quarta, ff. de rit. nupt. & expressè correctas non reperitur, & sic fundatus super honestate maxima: non debemus per generalem dispositionem canonicam contrarium affirmare, argum. cap. 2. supra de desponsat. impuber. & verba Abbatis ad litteram transcribit, & sequitur Præpositus ibi num. 10. & Alex. de Nervo in §. Prohibitio, num. 7. & 8. Idem firmant Imol. in cap. Littera, num. 12. de restit. spoliat. Sylveit. in ver. Matrimonium 8. quest. 6. d. 5. Covar. in 4. Decretal. in secunda parte cap. 6. §. 10. num. 4. & plerique alii.

25 Ego vero valde dubito de veritate hujus secundae opinionis, quia Doctores fundant se in ea potissimum ratione, quod lex civilis irritans matrimonia in linea recta in infinitum, servari debet, cum nitatur maxima honestate, & non sit correctata per jus canonicum. At hæc ratio infirma est, quia lex civilis inter fideles, nisi reperiat ex-

pressè approbata per legem canonicam, in quo casu loquitur textus per Abb. allegatus in d. cap. 2. de desponsat. impuber. potestatem non habet ex causa quantumvis rationabili, & honesta in ducendo impedimenta matrimonium dirimentia, ut latissime probavi in cap. 1. 4. num. 19. supra de cognat. spiritual. Ideoque tamen in l. Nuptia, la secunda, ff. de rit. nupt. Irritentur matrimonia à filiis familiaribus contracta sine consensu parentum, & lex illa sit fundata in decencia, & honestate maxima, ut patet in cap. Honorantur, §. 2. quest. 2. in cap. Alter, §. 30. quest. 5. & in cap. Videtur, infra, Qui matrim. accusare possunt: & scripsi plenius in cap. 1. supra de desponsat. impuber. Nihilominus rata sunt hujusmodi matrimonia, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecerit, ut diffinitur à Concilio Tridentino in c. 1. in primo, sess. 24. de reformat. matrim. Atque ita ad matrimonium irritandum requiritur statutum Ecclesie, nec sufficit legalis autoritas. Cum igitur matrimonium inter ascendentes, & descendentes non poterit irritum fieri à jure civili: pro solutione questionis inquirendum, an alio jure irritetur.

29 Et quidem certum est non irritari jure divino politico; quia nullus gradus jure divino hodie prohibitus est, qui idem naturalis jure non sit prohibitus. Præcepta enim divina legis Leviticus 18. quoad tot personarum inhabilitacionem judicialia sunt, Cajetan. in 2. 2. q. 1. §. 4. art. 9. in solutio. ad 3. & constat ex Tridentina Synodo sess. 24. de sacra. matr. can. 3. Et ideo sunt evacuata per Adventum Christi, cap. 1. translatio, de Consuet. Magist. in 4. sent. dist. 3. S. Thom. in 1. 2. quest. 104. art. 3. In lege autem Evangelica nullum præceptum continetur, quod non sit juris naturalis, præter præcepta de Sacramentis, & de Fide, ut idem docet in 1. 2. quæ 108. art. 1. & 2. Ergo circa matrimonium nullus gradus erit divina lege prohibitus, qui idem non sit prohibitus jure naturali, ita Covar. in 4. Decretal. 6. §. 10. n. 1.

Similiter certum est matrimonium inter ascendentes, & descendentes non irritari in infinitum jure Ecclesiastico, quia lex civilis in d. l. Nuptia, la quarta, ff. de rit. nupt. nullibi reperitur canonizata per sacros Canones; quinimo gradus omnes consanguinitatis lex canonica inter quartum gradum conclusit, non distinguendo inter ascendentes, & transversales, in d. cap. Non debet, supra eodem, ut dixi supra num. 11.

32 Tantum igitur superest inquirendum, num jus naturæ extra, vel ultra quartum gradum consanguinitatis in linea recta matrimonium dirimat; & quidem in primo gradu, id est inter parentes, & filios concors Doctorum sententia est, matrimonium dirimi jure naturæ, ut ex D. Thom. Cajetan. & aliis compluribus patet infra num. 33. & 35. Sed in ulterioribus gradibus magno opere variatæ sunt sententiae, quas recenset Covar. in 4. Decretal. part. 2. cap. 6. §. 6. à num. 11. & novissime Thom. Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 51. per tot. Quidam enim arbitrati sunt in linea recta matrimonium esse irritum jure naturæ in quocumque gradu in infinitum; & pro hac sententia plurimos tam Theologos, quam Canonistas cumulat idem Sanchez d. disp. 51. num. 12. Licet res vera, quod spectat ad Canonitas, nemo asserat dirimi in infinitum jure naturæ, sed tantum asserunt esse irritum ex lege civili fundata in maxima honestate; Quinimo



dum dicunt eam legem non fuisse correctam per jus canonicum, non obsecrè innuunt hoc iure corrigi potuisse. si Ecclesia voluisset proinde ad jus naturæ non pertinere, quod est immutabile, §. Sed natura alia, in fine de iure natur. quidam verò opinantur hoc impedimentum durare quamdiu durat amicitia, ex ratione desumpta ab Augustino de Civitate Dei lib. 1. cap. 16. & relata à Gratiano in §. 1. vers. Habita, §. 9. q. 1. alii sentent conjugalem hanc prohibitionem in linea recta ultra vigesimum gradum non extendi, ut Covarr. in 4. decretal. part. 2. cap. 6. ad fin. vers. Et tamen in disputatione: alii eam concludunt intra quartum gradum, alii intra secundum.

Sed D. Thom. in 2. 2. quæst. 154. art. 9. ad 3. satis clarè in ea fuit sententia, ut matrimonium in linea recta non sit irritum iure naturæ ultra primum gradum; sic enim ait: (In Communionem personarum aliquid est, quod est secundum se indecens, & repugnans naturali rationi, sicut quod commissio fiat inter parentes, & filios, quod est per se, & immediata cognatio: nam filii naturaliter honorem debent parentibus. Unde Philosophus in 9. de Animal. quod quidam equus, quia deceptus fuit, ut matri committeretur seipsum præcipitavit, quasi præ horrore, eo quod animalibus aliquibus inest naturalis reverentia ad parentes. Aliæ verò personæ, quæ non conjugantur secundum ipsas, sed per ordinem ad parentes, non habent ex seipsis indecentiam, sed variatur circa hoc decencia, vel indecentia secundum consuetudinem, & legem humanam, vel divinam; quia unus, qui ordinatur ad bonum finem, subiacet legi; & ideo sicut Augustinus dicit 15. de Civitate Dei cap. 16. Commissio fororum, & fratrum quanto fuit antiquior compellente necessitate, tanto postea facta est damabilius Religione prohibente.) Hæc S. Thom. & ibi apertius Cajetanus ait, solum patrem, & matrem de iure naturæ excludi à matrimonio, & ideo Papam posse dispensare cum omnibus personis conjunctis, nisi cum matre, & patre, ut matrimonium contrahant: & eodem modo hoc impedimentum juris naturalis ad primum gradum restringit idem S. Thomas in 4. sent. dist. 40. q. 1. art. 3. & ibi D. Bonavent. & Richard. q. 2. Rosenlin in tract. de matrimonio Regi Angliæ fol. 3. & Alex. de Aleles in 2. part. q. 169. Palud. in 4. dist. 38. q. 4. art. 2. ad fin. n. 5. 4. Augustin. Triumph. in Summa de potest. Eccles. q. 5. 3. art. 5. & 6. & hos sequor. Quicquid tamen sit, proposita quæstio, ut inquit Abbas in d. cap. Non debet. n. 8. supra eodem, propter brevem hominum vitam raro praticatur.

DE MATRIMONIO CONTRACTO CONTRA INTERDICTUM ECCLESIAE.

Cap. Litteræ quas.

S Y M M A R I U M.

1. Matrimonium contra interdictum Ecclesiae, vel iudicis contractum valet; imponitur tamen penitentia sic contrahentibus, & separantur donec cognoscatur causa interdicti, & n. 4. vers. Secundo nota.

2. Sponsalia de futuro de iure communi transeunt in matrimonium per ipsam copulam, non autem per oscula, vel amplexus, aut nimum ad copulam.
3. Sponsalia de presenti ab impuberibus contracta transeunt perfecta aetate in matrimonium per receptionem munerum, per oscula, & alia huiusmodi signa.
4. Et quid post Concil. Trident.
5. Matrimonium celebratum coram Parocho, cui Ordinarius interdixerat, ne ejus celebrationi interveniret, an valeat, necesse est decreto Concilii Tridentini de reform. matrim. & num. seqq. n. 2. in finem.
6. Ecclesia tripliciter se habet in his, quæ ad matrimonium pertinent.
7. Papa solus potest inhabilitate ad matrimonium contrahendum.
8. Matrimonium contractum contra interdictum Paroche antequam.
9. Matrimonium fortius est, quam interdictum.
10. Matrimonium ex impedimento temporali impedire non potest inferior à Papa. Instrumenta rogata à Notario contra prohibitionem statuti valent ibidem.
11. Condicio, quæ non potest impleri de iure, sufficit ut impleatur de facto.
12. Parochi potestas subalternatur Episcopo, & n. 14. Parochia unde dicatur ibidem.
13. Parochus quale ministerium præbeat in matrimonio.
14. Matrimonium contractum coram Parocho contradicente valet.
15. Actus gestus contra prohibitionem non habentem causam perpetuam valet.
16. Matrimonium contractum coram Vicario Parochi valet, non obstante Episcopi interdicto.
17. Et quid de alio Sacerdote habente licentiam à Parocho, & n. 23.
18. Episcopus an possit revocare licentiam alij Sacerdoti concessam celebrandi matrimonium, ibidem, & n. 23.
19. Parochus est veluti Episcopi Vicarius, & Coadjutor.
20. Episcopus an possit inhibere inferioribus potestatem circa ea, quæ illis commissa sunt.
21. Parochus dupliciter illegitimus.
22. Matrimonium tripliciter consideratur.
23. Archidiaconus contra prohibitionem Episcopi an possit exercere officium suum.
24. Episcopus potest suspendere à totali cura exercitio.
25. Suspendio non inficit Sacramentum nisi in his, quæ sunt jurisdictionis.
26. Matrimonium contractum coram Parocho denunciato excommunicato validum est.

LITTERÆ QUAS. Hæc Decretalis, & duæ sequentes secundum Joan. Andr. & omnes possunt sic summari. Matrimonium contra interdictum Ecclesiae, vel iudicis contractum propter hoc solum non dirimitur imponitur tamen penitentia sic contrahentibus, & separantur donec cognoscatur causa interdicti. Sunt duæ partes: In prima ponitur facti narratio. In secunda responsio, ibi. Mandamus. Nota primò, sponsalia de futuro non transire in matrimonium per oscula, & amplexus, ut in littera: nec mirum, quia nec nusus ad copulam sufficit ad hoc. Sed requiritur ut mulier plenè cognosca-

scatur, cap. Is qui solum, juncto cap. Adolescens, supra de sponsal. quod tamen procedit, si sponsalia re. & verbis sint de presenti. Secus autem est in sponsalibus contractis per verba de presenti, quæ propter defectum ætatis contrahentium finguntur de futuro; quia hæc perfecta ætate per receptionem munerum, per oscula, per amplexus, aut alia ejusmodi signa bene transeunt in matrimonium, quod contrahentes ab initio intendebant, ut in d. cap. 1. §. 1. & distinguuntur sic Joan. Andr. num. 3. in ver. Amplexata, Card. n. 2. in 2. not. Alex. de Nervo n. 3. in 2. notab. & Covarr. de sponsal. part. 1. c. 4. §. 2. n. 2.

Cæterum hæc vera sunt inspecta juris communis dispositione: sed hodie cum ex decreto Concilii Tridentini in cap. 1. sess. 24. de reform. matrim. irrita sint matrimonialia aliter contracta, quam præsentè parochi, vel alio sacerdotè de ipsius parochi, seu Ordinarii licentia, & duobus, vel tribus testibus: sponsalia sive de presenti, sive de futuro ne per ipsam quidem copulam, imò nec per consensum expressum transeunt amplius in matrimonium; sed oportet iterum contrahere servata forma à Concilio præscripta, ut sæpius respondit Sacra Congregatio Concilii, & dixi plenius in cap. Verum, ubi decretum Concilii Trident. non esset publicatum in parochia, servanda esset prædicta distinctio.

Secundò nota matrimonium contra interdictum Ecclesie, vel iudicis contractum, nisi aliud obstat canonicum impedimentum non esse irritum: separatio enim conjugum hic non fit quoad factus matrimonii, sed quoad thorum donec causa interdicti cognoscatur, ut notat in Summa hujus textus Jo. Andr. Cardin. Abb. & Alex. de Nervo.

QUERO, An hodie stante decreto Concilii Tridentini in d. cap. 1. matrimonium contractum coram parochi, cui Ordinarius interdixerat ne ejus celebrationi interveniret, validum sit, necne.

Videat respondendum esse validum. Primò ex his, quæ tradit S. Thom. quodlib. 5. artic. 15. ad primum relatus à Tabien. in ver. Impedimentum, §. 3. nam in his, quæ ad matrimonium pertinent, cum Ecclesia se habeat tripliciter, uno modo per modum judicantis, altero per modum prohibentis, vel punientis, tertio per modum statuentis: hæc potestas, secundum quam Ordinarius inhibuit, non refertur nisi ad secundum modum; & tunc etiam matrimonium impediatur contrahendum, non dirimitur contractum, ut patet hic, & in duobus capitulis sequentibus. Ad tertium modum referri non potest, quia solum auctoritate Summi Pontificis statui potest contra validitatem matrimonii, isque solus potest inhabilitare personas ad contrahendum, ut factum fuit in decreto cap. 1. sess. 24. de reform. matrim. ita Anton. de Butr. in c. Tua fraternitas, n. 5. de spons. duor. Tabien. loco cit. ad finem, Covarr. in 4. decretal. 2. part. cap. 6. §. 10. n. 16.

Secundò, matrimonium contractum contra interdictum Papæ merito iure tenet alio impedimento non extante, glof. & Innoc. in cap. Ad dissolvendam, de desponsat. impub. quod Abb. ibi, & Anton. de Butr. in cap. Tua fraternitas, n. 5. de spons. duor. verum dicunt ibi prohibitio habet causam temporalem juxta glof. in cap. Tua, de spons. duor. eod. tit. fortius enim est matrimonium, quam interdictum, ut inquit glof. in d. cap. ad dissolvendam, & Rota

Prosper. Fagnan. in 4. lib. Decretal.

10. decis. non cit. de desponsat. impub. in novis. Ergo multo magis validum erit matrimonium contra inhibitionem Episcopi, cum certum sit inferiori alicuique à Papa non posse impedire matrimonium ex aliquo impedimento temporali, Abb. & alii in d. cap. Ad dissolvendam: quod maxime procedit ubi sola inhibito præcellit: nam etiam si haberet potestatem matrimonium annullandi: tamen actus non esset irritus, cum non appareat enim incidere actum annullari, ut patet in omnibus impedimentis, quæ ex Ecclesie institutione impediunt contrahendum, sed non dirimunt contractum, juxta cap. 1. de voto, in 6. & confer. doctrina Bartol. in l. Univesos, per illum textum, C. de Decur. lib. 10. ubi vult ut quamvis notarius matricolatus prohibetur facere instrumenta à laturo, si fecerint, valent, Dec. consil. 17. §. 1. p. 1. ubi.

Tertio per hanc inhibitionem sibi factam parochus non deinit esse parochus: ergo matrimonium coram parochi, licet inhibito, factum, ratum erit, & validum, quia de eo verè enunciatur coram parochi fuisse contractum, juxta requisitum Concilii. Et quamvis ex parte parochi ejus intervenit ut pote contra præceptum Episcopi dici possit non licitus: ex parte tamen contrahentium, & ipsius contractus legitimus censeri debet. Nec dicendum hoc casu propter illam prohibitionem factam parochi inhabiles redditas esse etiam personas ad lic. contrahendum à Concilio. Sufficit igitur hoc requisitum ad hunc de facto, prout dici solet de conditione, quæ nisi possit impleri de iure, sufficit ut impleatur de facto, l. Mulier, §. 1. ubi Bartol. ff. de condit. instir. Bald. in rubr. C. de instir. & subfir.

11. Quartò, potestas parochi subalternatur Episcopo in his, quæ ad jurisdictionem pertinent, & Sacramentorum administrationem, cum tota dicitur sit parochia Episcopi cap. Apostolica, de duar. quam patitur inter ipsos sacerdotès parochiales, qui inde nomen etiam à sumptibus. Parochia enim græcè, latine Partitio dicitur: & dicitur parochia quia partitio curæ, Archid. in cap.

12. Ecclesias, num. 2. 13. quæst. 1. Hic autem actus interveniendi celebrationi matrimoniorum non est jurisdictionis, quia parochus nihil debet judicare, seu decernere.

Quintò, parochi persona legitima est à Concilio ad hunc actum: ergo iure proprio intelligitur actui legitime intervenire, non ex facultate sibi ab Episcopo tributa, arg. l. More majorum, ibi, quæ iam suo iure, non alieno beneficio habent, ff. de jur. iust. univ. iudic. ideoque Episcopus simpliciter prohibendo illam tollere non censetur contra dispositionem Concilii ut matrimonium coram eo celebratum irritum sit: nam est actus factus contra prohibitionem superioris regulariter sit nullus, etiam si superior non procedat ulterius annullando actum, l. Non dubium, C. de leg. quæ est canonizata in cap. Imperiali, 2. quæst. 2. & not. Hostien. Jo. Andr. Card. & alii communiter in cap. Ad Apostolicam, de regular. hoc tamen procedit in eodè contextu superior tribuat potestatem, & adiacet prohibitionem ne actus fiat nisi hoc, vel illo modo; tunc enim recipitur potestas qualificata, seu modificata, & ideo actus non servatis modis præscriptis à superiore redditur nullus ex defectu potestatis, ut in iudice delegato, qui formam delegato.